An. et vol. XXXXIV 28 Augusti - 6 Septembris 1952 (Ser. II, v. XIX) - N. 11-12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Conto corrente con la Posta

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Litterae Decretales, p. 553 - Constitutiones Apostolicae, p. 565, 601 - Litterae Apostolicae, p. 572, 612 - Epistulae, p. 618 - Nuntius radiophonicus, p. 627.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Decreta, p. 593, 630 - *S. C. pro Ecclesia Orientali*: Decretum, p. 632 - *S. C. de Propaganda Fide*: Decreta, p. 595, 633. Provisio Ecclesiarum, p. 634. Nominationes, p. 635 - *S. C. Rituum*: Decreta introductionis causae pro beatificatione Servorum Dei, p. 636.

Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citationes edictales, p. 598, 641.

Diarium Romanae Curiae: Udienze solenni - S. C. del Concilio: Avviso di concorso - S. C. dei Riti: Congregazioni varie - Segreteria di Stato: Nomine e Onorificenze, pp. 599-600, 642-648.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • LII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano

Administratio:
Libreria Editrice Vaticana

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 1000 — extra Italiam, Lib. 2000 vel $ 5

Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 80 — extra Italiam, Lib. 190 vel $ 0,30

Libraria Vaticana subnotatoribus fasciculos Commentarii mittere potest etiam via aërea, charta indica impressos.

« Bis fere in mense (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur »* (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXIV, n. 11 - 28 Augusti 1952)

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

PAG.

Dei Providentis. - Beatae Mariae Dominicae Mazzarello, Confundatrici Instituti Filiarum Mariae Auxiliatricis, sanctorum honores decernuntur. - 24 Iunii 1951 553

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I. KRISNAGARENSIS ET CALCUTTENSIS (Jessorensis). *Cum sit usu.* - A dioecesi Krisnagarensi et ab archidioecesi Calcuttensi territoria seiunguntur intra Pakistanae Reipublicae fines sita, atque ex illis nova erigitur dioecesis « Jessorensis » nomine, archidioecesi Dacchensi suffraganea. - 3 Ianuarii 1952 565

II. DE SARAWAK (Kuchingensis). *Aequum sane.* - Praefectura Apostolica De Sarawak ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehitur, qui, mutato nomine, « Kuchingensis » deinceps appellabitur, eique territorium « Brunei » nuncupatum, a novo Vicariatu Jesseltonensi seiunctum, adnectitur. - 14 Februarii 1952 568

III. DE BORNEO SEPTENTRIONALI (Jesseltonensis). *Docet usus.* - Praefectura Apostolica De Borneo Septentrionali, eius limitibus paulisper immutatis, in Vicariatum Apostolicum « Jesseltonensem » nomine erigitur. - 14 Februarii 1952 569

IV. DE RUANDA (Nyundoënsis). *Ut in Vicariatu.* - A Vicariatu Apostolico De Ruanda pars seiungitur ex qua novus erigitur Vicariatus « Nyundoënsis » nomine, qui clero indigenae committitur. - 14 Februarii 1952 . 571

LITTERAE APOSTOLICAE

I. *Militantis Ecclesiae.* - Sanctus Marcus Evangelista Societatis Generalis armenti institorum ex Hispania, « Sindacato Vertical de Ganaderia » vulgo nuncupatae, Patronus caelestis renuntiatur. - 4 Octobris 1951 572

II. *Ovium Christi.* - Venerabilis Dei Famulus Antonius Maria Pucci, sacerdos ex Ordine Servorum Mariae, beatus renuntiatur. - 22 Iunii 1952 573

ALLOCUTIONES

I. Ad Moderatores Sodalitatum « Exploratorum », vulgo « boy scouts » nuncupatorum, ob Conventum primum internationalem Romae coadunatos. - 6 Iunii 1952 578

II. Ad praeclaros viros Senatus Academici Studiorum Universitatis Urbis atque ad eiusdem alumnos. - 15 Iunii 1952 581

III. Ad christifideles qui Romae convenerant ad beatificationem Ven. Servi Dei Antonii Mariae Pucci. - 23 Iunii 1952. 587

IV. Ad novum Legatum Reipublicae Dominicianae. - 11 Iulii 1952 . . . 590

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *Neopampilonensis et Bertraniae in Catatumbo.* - Decretum. Dismembrationis et adnexionis. - 3 Maii 1952 593

II. *Fluminensis.* - Decretum. Mutationis nominis curialis Praelaturae *nullius.* - 10 Iunii 1952 594

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *Queenstownen. - Umtatan.* - Decretum De mutatione finium dioecesium. - 7 Februarii 1952 595

II. *De Ruanda (Kabgayiensis).* - Decretum. Vicariatus Apostolicus de Ruanda deinceps « Kabgayiensis » appellabitur. - 14 Februarii 1952 . 596

III. *De Barh el Ghazal - De Khartum-Malakalen. - Decretum.* Fines Vicariatus Apostolici De Barh el Ghazal ampliantur. - 21 Februarii 1952 . 597

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis:

Sancti Flori. - Nullitatis matrimonii (Dardes-Gonzales). - 6 Augusti 1952 . 598

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 599

II. S. Congregazione del Concilio: *Avviso di concorso* 599

III. S. Congregazione dei Riti: *Varie* . 599

IV. Segreteria di Stato: *Nomine* . . . 600

(*pro Indice fasc. 12, v. pag. III*)

An. et vol. XXXXIV 28 Augusti 1952 (Ser. II, v. XIX) – N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

LITTERAE DECRETALES

BEATAE MARIAE DOMINICAE MAZZARELLO, CONFUNDATRICI INSTITUTI FILIARUM MARIAE AUXILIATRICIS, SANCTORUM HONORES DECERNUNTUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dei Providentis ea est ratio, ut ad maxima quaeque gerenda ac perficienda « infirma mundi » eligat (*I Cor.*, 1, 27); idque sane, quemadmodum apud Apostolum legimus, ut in his « sempiterna quoque eius virtus et divinitas » ostendatur (*Rom.*, 1, 20). At mysterium illud, « quod absconditum fuit a saeculis et generationibus » (*Col.*, 1, 26) ita humanam intellegentiam superat, ut, nisi manifestum fuisset sanctis, « quibus voluit Deus notas facere divitias gloriae sacramenti huius in gentibus, quod est Christus », nullo modo homini ad eam sapientiam contendere licuisset. Quodsi, suis diffisi viribus, at Christi gratia fulti, omne studium ad opera Dei probe perficienda contulerint homines, ad eam profecto immortalitatem, post brevissimum huius vitae cursum pervenient, ubi stabili certaque felicitate cum Iesu ipso fruentur.

Ad quam sane vitae aeternae perpetuam beatitatem, ubi Caelitum est sedes, pervenisse praedicamus lectissimam atque inclitam virginem Mariam Dominicam Mazzarello, cui quidem supremos Sanctorum honores sollemni ritu hodie decrevimus.

Maria Dominica in obscuro oppidulo Aquensis dioecesis, cui nomen Mornese, in Pedemontana terra, parentibus nata est humilibus, Iosepho et Maria Magdalena Calcagno, die nono mensis Maii anno millesimo

octingentesimo tricesimo septimo, liberorum, quos septem habituri erant, prima.

Quo die nata est, eodem sacro abluta est lavacro. Quod quidem quam sapienter actum sit quantumque optandum ut nostris quoque temporibus fiat nemo est quin videat.

Neque hic parentum eius morum innocentiam silentio praetereundam putamus: etenim christiana fide ac pietate penitus imbuti, se liberis magistros ostenderunt virtutis, aequitatis, continentiae, modestiae; ac tam praeclare suis officiis muneribusque sunt functi, ut in filiorum mentibus evangelica praecepta inserere nullo non tempore studuerint.

Dici vix potest quantas haec puerorum erudiendorum ratio habuerit utilitates et quam multos fructus tulerit, uberes quidem et praestantes. Nihil igitur mirum si tantis instructa domesticis virtutum exemplis, tam mirabiles progressus in christiana professione vel a prima aetatula Maria Dominica fecit.

Quae eximiae animi dotes in puella inerant, eae ad maximum splendorem, Dominici Pestarino Sacerdotis assidua complurium annorum opera, evectae fuerunt; ita quidem ut undecimum agens annum, non modo inter aequales, verum etiam inter cives, exemplar christianae vitae haberetur.

Cumque iam esset puella religiosis doctrinis satis erudita, licet in tam tenera aetate, illis temporibus, hoc esset inusitatum, sacrae Mensae fuit primum particeps facta, atque haud multo postea almo chrismate inuncta.

Quibus supernis roborata auxiliis vel constantius fortiusque perrexit virtutum iter, atque erga Divinum Redemptorem, praecipue sub eucharisticis delitescentem speciebus, vehementiore coepit ardere pietate.

Etenim saepissime, summo mane, omnibus tempestatum frigorumque incommodis posthabitis, Angelorum pane enutriebatur sacroque piissime intererat.

Duodevicesimum aetatis annum nondum attigerat cum, fragilem rerum humanarum mobilitatem atque inconstantiam pertaesa, et quaecumque apud caecos mortales prima putantur, pro nihilo ducens, magnanima quadam alacritate piae « Societati Puellarum ab Immaculata Conceptione » nomen dedit, seque totam dicavit Deiparae Virgini, cui fuerat a prima aetate addictissima; neque facile dictu est quantum id ei fuerit adiumento ad perfectioris usque vitae genus amplectendum.

Sed ut erat in ceteros ardenti studio inflammata, non verbis modo, sed re etiam et actione operam navabat suam ut omnes, puellas praesertim, ad pietatem erga Deum magis ac magis incenderet atque excitaret

et vel a periculis averteret, vel ad bonam frugem adduceret. Quo in exsequendo consilio a primis exordiis praeduras incurrit difficultates; at tandem, anno millesimo octingentesimo sexagesimo quinto, cum nonnullis aliis puellis vitam communem in parva domo, non longe a curialibus aedibus, quam pius sacerdos Dominicus Pestarino sumptu suo instruxerat, agere instituit. Quibus deinde puellis maximo fuit commodo quod S. Ioannes Bosco, anno circiter millesimo octingentesimo sexagesimo nono, novae vitae ducendae rationem dedit. Mirum quanta alacritate Maria Dominica in recenti Instituto virtutibus omnibus studuerit! Ita scilicet ut in cotidiano vitae cursu eius animi ornamenta magis magisque splenderent, ac certa iam tum excellentium operum signa, quae brevi erat actura, elucerent. In primis vero, ut aequum erat, proximorum ad aeterna iuvandorum cupiditate ardebat flagrantissima; qua incitata Maria Dominica societatem puellis educandis, Ioanne Bosco suasore, condere decrevit. Cuius propositi cum certior factus fuisset Pius IX, Decessor Noster, illud non modo probavit, sed etiam ut ad effectum adduceretur hortatus est. Igitur Ioannes Bosco omnes rupit moras, atque, ad rem inito consilio cum Dominico Pestarino et Aquensi Episcopo, primas instituendae societatis alumnas ex iisdem Puellis ascisci voluit ab Immaculata Conceptione. Multis itaque effusis precibus habitisque deliberationibus die quinto mensis Augusti anno millesimo octingentesimo septuagesimo secundo, tandem Puellae ab Immaculata Conceptione novae sodalitatis vestibus indutae sunt, atque astantibus Aquensi Episcopo, Ioanne Bosco ac Dominico Pestarino, Maria Dominica Mazzarello et nonnullae aliae religiosa vota nuncuparunt. Haec plane humillima primordia fuerunt Instituti illius, quod hodie latissime per omnem christianum terrarum orbem tam diffusum videmus.

Ita non sine divino quodam Numinis instinctu evenisse censendum est ut, quemadmodum S. Ioannes Bosco in puerorum educationem sapienter intensas intendit curas, non secus mulieres, virtutibus omnibus praeditae, in puellas etiam educandas operam impenderent assiduam.

Ut vero hoc Institutum, cui « Filiarum a Maria Auxiliatrice » nomen S. Ioannes Bosco indiderat, optatum acciperet incrementum, eius regimen Mariae Dominicae in primo Vicaria potestate est concreditum, ac biennio post, die decimo quinto mensis Iunii anno millesimo octingentesimo septuagesimo quarto, communi omnium Sororum suffragio, non sine magno Sancti Ioannis gaudio, suprema totius Instituti eadem moderatrix electa est.

Sed iam inde ab incunabulis, ut est in operibus Deo auctore susceptis usitatum, sodalitas graves nacta est difficultates, praesertim ob asper-

rimam rei familiaris penuriam. Quam ob causam multiplicato, brevi temporis cursu, alumnarum numero, non modo vestium, supellectilis, verum etiam ciborum saepe copia defuit; atque vel eo perventum est, ut interdum sine cibo virgines Deo devotae somnum ceperint, ac multos annos panis tantum paucis frustulis mane corpus recrearent.

Sed Maria Dominica nullis territa casibus ac mira animi constantia et fortitudine praedita uni Deo providenti fidens adversa omnia perferebat; nec tamen, licet tam multis premeretur angustiis, eas reiecit quae ut in domum acciperentur petebant ad religiosam vitam amplectendam.

Quin immo tantum abfuit ut difficultatibus, in quas dilapsa erat, eius frangeretur animus, ut potius in iisdem eius gravitas, fides, constantia magis magisque essent perspicuae.

Illud quoque memoria dignissimum est quod in Sororum exemplum agebat; non solum enim sententiarum gravitate et frugiferorum, quibus abundabat, praeceptorum sapientia eas adiuvabat, sed, quod caput est, eas vita atque sanctimonia praegrediebatur omnes.

Inter cetera vero eius documenta ad mores integre informandos idonea, saluberrimum in primis est atque laudandum maxime, quod, S. Ioanne Bosco magistro atque doctore, ad Instituti sui incrementum promovendum egit. Etenim paucis post annis ex quo hoc erat ortum tam late eius fama evolaverat, ut non solum, Episcopis postulantibus, in vicinis dioecesibus id genus sodalitates conderentur, sed etiam trans Alpes atque in plurimis exteris nationibus, quanto cum omnium bono atque commodo difficile est dictu.

Ita factum est ut non diuturno temporis spatio Institutum a Maria Auxiliatrice sive in multis Europae territoriis, quae longum est enumerare, radices egerit, sive in dissitis etiam trans Oceanum oris: in America, in Brasilia, in Argentina, in Africa, in Asia; ubi Deo devotae Virgines christianum nomen mire propagarunt.

Quarum propterea Virginum non paucas videas audaces, patria, parentibus, vitae commodis relictis, longinquas petere regiones, ubi saepe eas immatura et acerba manet mors, nullo emolumento incitatas, hac una spe ductas, ut eorum crescat multitudo qui verum Deum excolant.

Neque putandum est abs se conditi Instituti sollicitudines a vero perfectoque evangelice vivendi genere eam avertisse, cum nihil antiquius ipsi esset, quam ut tam exiguo vitae spatio, virtutum omnium, in quibus sanctitas cernitur, fastigium attingeret.

In primis, ut aequum est, ardenti pietatis studio caelestem Patrem venerabatur, cuius mirae bonitatis effusas in nos divitias omnibus praedicabat. Atque incredibili propterea amore in Christum ferebatur, cuius

cruciatus prae oculis semper habuit, cuiusque Eucharisticum donum a prima aetate ad extremum vitae spiritum propensissimo animo coluit.

Sanctissimam vero ac purissimam Virginem Mariam ut oculos, aut si quid est oculis carius, et diligebat ipsa, et pro viribus contendebat ut aliae etiam Sorores diligerent, saepe eisdem suadens ne quidquam potius haberent quam tantae Matris tutelam. Qui in Deiparam amor ita eius animum perfundebat voluptate ac laetitia, ut in terrenis molestiis et incommodis perferendis allevaret mirifice.

Ex qua incensa erga Deum caritate, ut oportet, gemina manabat in proximos caritas. Quam ob rem Maria Dominica summa omnes benevolentia complectebatur, seque semper Sororum usui totam impendebat, sed praesertim cum eas aegrotantes conspiceret. Quae sane officia tanta benevolentia, tantaque comitate exsequebatur, ut summo illas repleret gaudio.

Sed Dei amor, dummodo se eo quis moveri sinat, ad insignem virtutum omnium formam ducit. Quapropter Maria Dominica praestitit, toto vitae tempore, miro animi candore ac pudicitia, religioseque coluit semper pulcherrimum ac plane divinum virginitatis propositum.

In ea excellens praeterea inerat indolis modestia ac verecundia; ita ut Sancto Ioanni Bosco, qui Instituti regulas praescripserat, quique consiliis et adhortationibus nullo non tempore ei erat auxilio, morem numquam non fideliter gereret.

Sed non modo erga ipsum, tam demisse faciebat, verum etiam in coenobio erga singulas, cum se Sororum omnium minimam existimaret, libensque idcirco humillima quaeque officia in universas conferret.

Invicta denique constantia sive corporis infirmitates sive animi angores patienter sustinebat; et quamvis graviter ipsa aegrotaret, tranquillitatem numquam dimittebat, atque Sorores benigno placidoque semper vultu accipiebat.

Quae omnia tam splendidum eius sanctitatis documentum praebuerunt, ut liceat asserere inclitam illam virginem, etsi litteris paene rudem, omnium tamen virtutum clarissima specimina edidisse et quaecumque vitae praecepta verbis docuisset, ea omnia in se ipsa expressisse.

Talibus ornatam virtutibus virginem quis miretur si Deus existimaverit, quamquam haud provectae esset aetatis, iam Caelo maturam?

Pleuritico enim morbo correpta, acerbissimos cruciatus, duos amplius menses, aequo animo atque christiana fortitudine pertulit. De morte autem proxima cum esset sollicita, religiosissimam praeparationem adhibuit, extremisque voluit refici sacramentis. Quibus susceptis, placidissime obiit Niciae in Subalpinis, atque ad illam integram ac sempiternam migravit vitam, qua sanctissimus quisque fruitur, die quarto-

decimo mensis Maii, anno millesimo octingentesimo octogesimo primo, aetatis suae quadragesimo quarto.

Quae vivens reverentiam omnium gratamque volutatem erat demerita, omnibus lacrimas moriens excussit. Ab universis ordinibus civium virginis, immortalitate dignissimae, et complorata mors est et vita laudata.

Cuius praeclara gesta nos docent quam intime vocem illam senserit tam frequenter a S. Ioanne Bosco iteratam: « Da mihi animas, cetera tolle »; quam ardenter eam excitaverit exemplum eximii illius ac fortissimi viri, qui recentibus temporibus verbis atque operibus aurea Apostolorum tempora redintegravit in terris; quam alte sibi persuasum habuerit in christiana religione una cognita atque culta salutem populorum contineri.

Sorores a Maria Auxiliatrice totaque civitas Nicia in Subalpinis atque complures ex finitimis pagis ad demortuae corpus visendum convolaverunt. Dataque est opera ut piis exsequiis honestaretur, frequentissima civium multitudine astante; ac deinde in humili urbis sepulcreto, nullo ornatu nulloque monumento condita est.

Sed defunctae virginis splendidius ac perennius monumentum eiusque sanctimoniae clarius indicium est mirum abs se conditi Instituti incrementum. Ad hunc namque annum Domus Filiarum a Maria Auxiliatrice erant numero mille septuaginta septem; Religiosae Sorores ubique terrarum undecim millia septuagintae quadraginta duae; Novitiae mille octoginta una, ut silentio alias classes praetereamus eorum qui ab Instituti Sororibus beneficiis omnis generis afficiuntur, qui profecto ad multa centena milia crescunt.

Neque Dei famulae sanctitas post eius obitum diu latuit, cum non pauci undique gentium eius merito et gratia a Deo in se collata dona praedicarent.

Quo factum est ut de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis causa agitari inciperet. Processus itaque ordinaria auctoritate ab anno millesimo nongentesimo undecimo ad millesimum nongentesimum decimum septimum habiti sunt; quibus et Romam missis, et a S. Rituum Congregatione probatis, Pius XI Decessor Noster, die vicesimo septimo mensis Maii anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto introductionis Causae Commissionem sua signavit manu.

Cum ea vero expleta essent, quae canonicae praescribunt leges, de Famulae Dei virtutibus agi coeptum est, quas gradum heroicum attigisse auctoritate sua Pius XI, die tertio mensis Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo sexto constare sollemniter pronuntiavit, memo-

rans praesertim lumen animi, consilii, ac singularem quandam rerum agendarum prudentiam, cum mira pectoris magnitudine et christianae humilitatis laude coniunctam. Institutis deinde Processibus Apostolicis de duobus miraculis quae a Deo, Venerabili Maria Dominica Mazzarello deprecante, patrata ferebantur, atque investigationibus probationibusque peractis a S. Rituum Congregatione, Pius XI Decessor Noster, die vicesimo sexto mensis maii anno millesimo nongentesimo duodequadragesimo sollemniter decrevit: « *Constare de instantanea perfectaque sanatione cum Herculinae Mazzarello ab insanabili paralysi infantili spinali acuta in inferioribus artubus, tum Rosae Bellavita a gravissima peritonite tuberculari ascitica* ».

Denique die tricesimo primo mensis Iulii anno millesimo nongentesimo duodequadragesimo, idem Decessor Noster, « *tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Mariae Mazzarello Beatificationem* » publico decreto declaravit. Quae sacra sollemnia in Basilica Vaticana die vicesimo mensis Novembris anno millesimo nongentesimo duodequadragesimo, omnium ordinum viris ac mulieribus undique gentium aedem stipantibus, suetoque splendido ritu sunt celebrata. Neque multo post, crescentibus in dies prodigiis, quae Servae Dei gratia a Deo patrata dicebantur, ad Apostolicam Sedem undique dari supplices litterae coeptae sunt, quibus postulabatur ut eadem virgo maioribus augeretur honoribus. Quas Nos preces benigne admittentes, causae reassumptionis Decretum, die decimo sexto mensis iulii anno millesimo nongentesimo quadragesimo primo Nostra manu signavimus. Cumque alia duo dicerentur accessisse miracula, apostolici instituti sunt Processus. Primum miraculum in oppidulo cui vulgo nomen « Roppolo Castello », in dioecesi Bugellensi, contigit Sorori Maiorinae Avalle affectae morbo phlogistico suppurativo subacuto recidivante in abdomine, clinice insanabili, quo factum est ut ad extrema adduceretur neque ulla tantis incommodis medicina reperiretur. Quam ob rem cum ad partem corporis maxime dolore affectam Beatae Mariae Dominicae Mazzarello aegrota reliquias apposuisset illamque ut sibi succurreret precibus exorasset, nocte illa, quae fuit ante diem decimum quintum mensis Augusti anno millesimo nongentesimo quadragesimo primo, omnino sanata est.

Periti vero a S. Rituum Congregatione electi una sententia miraculo sanationem obtentam esse dixerunt.

Alterum quoque miraculum habendum est vere perspicuum, quod puellae evenit Carolae Ramponi nephrite acuta cum gravi urhaemia laboranti in pago Castano Primo, in Mediolanensis archidioecesis finibus. Cuius morbus eo gravitatis pervenerat, ut spes salutis iam illi

esset nulla, nisi in Dei benignitate ac potentia, atque paucas tantum vitae horas ei superesse nuntiaret medicus quo utebatur. Effusae sunt preces ad Deum per Beatam Mariam Dominicam Mazzarello et a Filiabus Mariae Auxiliatricis, quae sub puellulae caput beatae Mariae reliquias collocaverant, et a familia aegrotantis tota. Ac sub vesperum diei vicesimi quarti mensis Novembris anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto repente, praeter omnium exspectationem, puella omnino sanata est, ipsis medicis mirantibus, qui hanc sanationem miraculo tribuerunt.

De utroque miraculo medicum Collegium, die decimo mensis Octobris anno millesimo nongentesimo undequinquagesimo, disceptavit suamque de utroque sententiam edidit.

De miris his sanationibus ex more in suetis Sacrae Rituum Congregationis comitiis, ac postremo, coram Nobis die decimo tertio mensis Martii hoc ipso anno disceptatum est: quo in generali conventu, dilecto Filio Nostro Alexandro Cardinale Verde Causae Ponente seu Relatore, dubium proponente: « An et de quibus miraculis post indultam eidem Beatae ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum, de quo agitur », omnes qui adfuerunt tum Patres Cardinales cum Praelati officiales Consultoresque sententiis suis affirmaverunt.

Nos vero, quae rei magnitudo est, sententiam Nostram aperire cunctati sumus, ut, effusis precibus, a Sancto Dei Spiritu lumen diutius impetraremus.

Denique die vicesimo septimo mensis Martii hoc anno, tertia feria post Paschatis Domini festum, accitis S. R. E. Cardinalibus Clemente Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, et Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, necnon venerabili Fratre Alphonso Carinci, Archiepiscopo Seleuciensi in Isauria ac S. Rituum Congregationis a Secretis, et Salvatore Natucci, Fidei Generali Promotore, postquam sanctissimam Hostiam immolavimus, sollemniter ediximus: « *Constare de instantanea perfectaque sanatione cum Sororis Maiorinae Avalle a morbo phlogistico suppurativo subacuto recidivante in abdomine, clinice insanabili, tum puellae Carolae Ramponi a nephrite acuta cum gravi urhaemia* ».

Unum igitur dubium adhuc supererat ut ad felicem exitum haec Causa perveniret, an, scilicet, duobus miraculis rite probatis, ad Sanctorum Caelitum honores tuto provehi posset Beata Maria Dominica Mazzarello. Quod quidem dubium, coram Nobis in generali conventu, die tertio mensis Aprilis hoc ipso anno habito, a Cardinale Ponente propositum est, omnesque qui aderant Patres Cardinales, Praelati Offi-

ciales et Consultores, cunctis sententiis id affirmarunt. Nos vero rem diutius perpendere cupientes mentem Nostram aperire distulimus, omnesque qui aderant hortati sumus ut supplices Deo preces effunderent, ut maius lumen Nobis impertiret.

Re igitur mature perpensa, die primo mensis Maii, hoc anno, Patribus Cardinalibus, quos memoravimus, apud Nos convocatis et Sacri Consilii Ritibus tuendis viro a Secretis atque Fidei Promotore Generali, sacris Eucharisticis peractis, hanc tulimus sententiam: « *Tuto procedi posse ad sollemnem beatae Mariae Dominicae Mazzarello Canonizationem* ».

Decessorum itaque Nostrorum exempla secuti, consueta Consistoria habenda statuimus. *Secretum* coactum est die vicesimo octavo mensis Maii hoc anno, in eoque venerabilis Frater Clemens Cardinalis Micara, S. Rituum Congregationis Pro-Praefectus, sermonem habuit de vita et miraculis Beatorum Confessorum Antonii Mariae Gianelli, Episcopi Bobiensis, Legiferi Patris Sororum Beatae Mariae Virginis ab Horto; Francisci Xaverii Mariae Bianchi, sacerdotis e Congregatione Clericorum Regularium Sancti Pauli; Ignatii a Laconi, laici professi Ordinis Fratrum Minorum Capulatorum, nec non beatarum Virginum Aemiliae de Vialar, ex Instituto Sororum a Sancto Ioseph ab Apparitione; Mariae Dominicae Mazzarello, alterius Legiferae Matris Instituti a Maria Auxiliatrice, ac recensuit acta, quae in Causis Beatificationis et Canonizationis eorumdem Beatorum ac Beatorum S. Rituum Congregatio probaverat. Qua relatione expleta, singuli Patres Cardinales suam aperuerunt sententiam.

Eodem die, Consistorio Secreto absoluto, statim habitum est Consistorium *publicum*, in quo dilecti Filii Consistorialis Aulae Advocati, ante solium Nostrum stantes, de illorum, quos modo diximus, Beatorum vita, virtutibus et miraculis breviter singillatim retulerunt et a Nobis postularunt ut Beatis illis Sanctorum imponeremus coronam. Pro Beata autem Maria Dominica Mazzarello dilectus filius Aloisius Philippus Re, alter ex Advocatis illis, eleganter peroravit. Nos vero, ut normae a maioribus praescriptae servarentur, per dilectum Filium Antonium Bacci, Apostolicarum Litterarum ad Principes a Secretis, respondimus non ante iudicium Nostrum laturos quam in Consistorio *semipublico* Purpuratos Patres iterum, atque venerabiles Fratres Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos quotquot in Urbem adfuturi essent, sententiam rogaverimus. Quod quidem Consistorium hoc eodem anno die quarto mensis Iunii in consueta Vaticani Palatii aula coactum est,

ibique Nos, brevi prius sermone astantes Cardinales et sacrorum Antistites allocuti, ab ipsis exquisivimus ut, re plene cognita, tum ex iis quae gesta fuerant in Consistorio publico, tum ex actis S. Rituum Congregationis, quorum exempla unicuique ipsorum mandato Nostro iam tradita fuerant, quid de propositis Causis sentirent Nobis ex ordine significare vellent. Omnium suffragiis exceptis, laeto animo didicimus concordi eos sententia Beatos Caelites, de quibus agebatur, plane dignos aestimare qui sanctitatis infula decorarentur. De quibus omnibus ut acta iuridica forma conficerent astantibus Protonotariis Apostolicis mandavimus.

Ad uniuscuiusque igitur Beatorum illorum Canonizationem in Vaticana Basilica celebrandam diem diximus. Beatis autem Virginibus Aemiliae de Vialar et Mariae Dominicae Mazzarello Sanctitatis diademate simul redimiendis hunc statuimus diem, vicesimum quartum nempe Iunii mensis. Cum itaque hic a Nobis praefinitus dies illuxit, omnes regularis et saecularis Cleri ordines, Romanae Curiae Praesules et Officiales, non pauci Abbates, Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchae atque amplissimum Patrum Cardinalium Collegium in Petrianam Basilicam, magnifice exornatam et innumera fidelium multitudine, quos inter plurimae Sorores e Congregationibus a Beatis illis conditis, iam stipatam, convenerunt. Quibus omnibus pia supplicatione praeeuntibus, ac maiores Litanias recitantibus et hymnum *Ave Maris Stella* praecinentibus, eandem Basilicam, universo clero et populo plaudente, Nos ipsi ingressi sumus, atque brevi ad altare maximum effusa prece, ad Cathedram Nostram perreximus. Tunc, praestita prius Nobis, ut de more, ab astantibus Cardinalibus oboedientia, venerabilis, quem supra diximus, Frater Noster Clemens Cardinalis Micara, Episcopus Veliternus, utriusque Beatae Canonizationi procurandae praepositus, perorante dilecto Filio Aloisio Philippo Re, Consistorialis Aulae Advocato, *instanter*, *instantius* et *instantissime* postulavit ut Beatis Aemiliae de Vialar et Mariae Dominicae Mazzarello Sanctorum honores decerneremus. Cui peroranti Advocato Nos per dilectum, quem iam memoravimus, Filium Antonium Bacci respondimus Nos iam in eo esse ut duas illas sacras Virgines sanctitatis infula decoraremus, sed antea Divini Paracliti lumen, hymno *Veni Creator*, esse implorandum. Quo hymno expleto, Nos in cathedra sedentes, uti universae Christi Ecclesiae Magister, sollemniter ediximus: *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implo-*

rata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatam Aemiliam de Vialar et Beatam Mariam Dominicam Mazzarello, Virgines, Sanctas esse decernimus et definimus ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes ab Ecclesia Universali illarum memoriam quolibet anno, die earum natali, Aemiliae nempe die vicesima quarta Augusti, et Mariae Dominicae die decima quarta Maii, inter Sanctas Virgines non Martyres pia devotione recoli debere. In nomine Pa✠tris, et Fi✠lii et Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Qua Canonizationis formula a Nobis prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Micara, per eundem Advocatum Consistorialem Nobis adhibitis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici expedirique iussimus; astantibus vero Protonotariis Apostolicis ut de Canonizatione hac fide digna conficerent instrumenta mandavimus.

Gratias mox Omnipotenti Deo egimus hymnum *Te Deum laudamus* una cum confertissima multitudine canentes, ac novensilium Sanctarum patrocinium primi invocavimus, deque illis brevi homilia teximus elogium, animo gestientes quod per humilitatem Nostram Deus harum Caelitum gloriam manifestam facere dignatus fuerit.

Apostolicam denique benedictionem et plenariam admissorum indulgentiam astantibus peramanter impertivimus, atque, pontificali sacro ad aram maximam celebrato, Canonizationis ritui finem imposuimus.

Quibus rite peractis, id unum denique restat, ut omnes hortemur, in primis vero Filias a Maria Auxiliatrice, quarum quidem Maria Dominica Mazzarello, altarium honoribus decorata, prima Antistes quasique auctor fuit, ut vehementer laetentur, quod in ea quae latius ubique funditur scelerum colluvione rerumque omnium perturbatione, atque in hoc temporum motu in quo versamur, patronam atque tutricem habeant amplissimam. Ab ea discant homines: « unam veramque scientiam », quae sane, ut ea scripsit, « in eo est collocata, ut nos ipsos sanctos reddamus ».

Quae quidem sanctitatis celsitudo, pura atque serena, civilium et christianorum morum fons est atque mater, non sane comparanda speciosae illi atque fictae, quae nihil omnino confert ad aequos et sanctos fovendos promovendosque mores.

Evangelicis profecto exemplis, quae in hac praeclara virgine sumus admirati, sempre haerentes, aliquando tandem, omni peccati sorde abiecta, digni erimus qui aeterni regni et gloriae participes efficiamur.

Omnibus itaque quae inspicienda erant bene perspectis, certa scientia et Apostolicae auctoritatis Nostrae plenitudine, omnia et singula

praedicta confirmamus, roboramus, atque iterum statuimus, decernimus universaeque Ecclesiae Catholicae denuntiamus.

Mandamus insuper ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen Notarii Apostolici subscriptis eiusque sigillo munitis eadem prorsus tribuatur fides, quae iisdem hisce haberetur, si exhibitae vel ostensae essent.

Si quis vero has Litteras definitionis, decreti, mandati et volutantis Nostrae infringere, vel eis temerario ausu contraire aut attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die vicesimo quarto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo primo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Ego PIUS, Catholicae Ecclesiae Episcopus.



✠ Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Cardinalis TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

✠ Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Cardinalis MICARA.

✠ Ego IOSEPH Episcopus Albanensis Cardinalis PIZZARDO.

✠ Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Cardinalis ALOISI MASELLA.

✠ Ego ADEODATUS IOANNES Episcopus Sabinensis et Mandelensis Cardinalis PIAZZA.

✠ Ego FRIDERICUS Episcopus Tusculanus Cardinalis TEDESCHINI, Datarius.

Ego ALEXANDER titulo S. Mariae in Cosmedin Presbyter Cardinalis VERDE.

Ego PETRUS titulo S. Crucis in Hierusalem Presbyter Cardinalis FUMASONI BIONDI.

Ego DOMINICUS titulo S. Apollinaris Presbyter Cardinalis JORIO.

Ego MAXIMUS titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Cardinalis MASSIMI.

Ego NICOLAUS S. Nicolai in Carcere Tulliano Protodiaconus Cardinalis CANALI, Paenitentiarius Maior.

Ego IOANNES S. Georgii in Velo Aureo Diaconus Cardinalis MERCATI.

Ego IOSEPH S. Eustachii Diaconus Cardinalis BRUNO.

Pro S. R. E. Cancellario

✠ EUGENIUS Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

✠ CLEMENS Card. MICARA
S. Rituum Congr. Pro-Praefectus

† A. Carinci, Archiep. tit. Seleuc. in Is., *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXII, n. 53.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KRISNAGARENSIS ET CALCUTTENSIS (JESSORENSIS)

A DIOECESI KRISNAGARENSI ET AB ARCHIDIOECESI CALCUTTENSI TERRITORIA SEIUNGUNTUR INTRA PAKISTANAE REIPUBLICAE FINES SITA, ATQUE EX ILLIS NOVA ERIGITUR DIOECESIS « JESSORENSIS » NOMINE, ARCHIDIOECESI DACCHENSI SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum sit usu latissime cognitum christiani populi regimen et administrationem tum utilius explicari si ecclesiasticarum regionum fines cum civilium regionum finibus conveniant, Nos huiusmodi sequi rationem, cum per rerum adiuncta licet, non moramur. Quod modo praestandum est sive Dioecesi Krisnagarensi sive Archidioecesi Calcuttensi, quorum territorium, post Rempublicam Pakistanam sui iuris constitutam, partim intra huius Reipublicae fines, partim intra Reipublicae

Indianae limites iacet. Quapropter, precibus concedentes huic Sanctae Sedi adhibitis, collato consilio cum dilecto Filio Nostro S. R. E. Cardinale S. Congregationis Christiano Nomini Propagando Praefecto, re mature cognita, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur statuimus. A Dioecesi Krisnagarensi partem distrahimus in Republica Pakistana sitam, districtus videlicet de Jessore, de Kulna, de Faridpur, de Kustea, et territoria de Meherpur et de Chuadanga, ad districtum de Nadia pertinentia; ab Archidioecesi vero Calcuttensi portionem dismembramus in eadem Pakistana Republica et ipsam sitam. Ex hisce avulsis territorii partibus novam erigimus et constituimus Dioecesim, « Jessorensem » ab ipsius nominis urbe nuncupandam, eamque suffraganeam facimus Metropolitanae Ecclesiae Dacchensi, cuius idcirco Archiepiscopi metropolitico iuri Jessorenses pro tempore Episcopos subiectos volumus. Huius novae Dioecesis episcopalem sedem constituimus in *Jessore* urbe, a qua Dioecesis ipsa nomen mutuatur, quam propterea urbem ad civitatis episcopalis dignitatem evehimus. Quoad vero Episcopi cathedram, primo Episcopo Jessorensi facultatem facimus eam collocandi in eiusdem urbis *Jessore* templo, quod ad id aptius videatur, quod propterea ad Cathedralis templi gradum ex nunc evehimus. Ad hoc porro Cathedrale templum iura et onera spectabunt, quae ceterarum Cathedralium templorum sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia, honores et praerogativae competent, hinc onera et obligationes, quae communiter Dioecesium Episcopis competunt. Jessorensem autem Dioecesim, quae sub S. Congregationis de Propaganda Fide iurisdictione erit, curis committimus alumnorum Piae Societatis a S. Francisco Xaverio pro Exteris Missionibus, in Domino confisi sollerti eorum opera in hac quoque nova Dioecesi christianam rem magna suscepturam esse incrementa. Cum autem locorum et huius temporis adiuncta haud permittant quominus in Jessorensi Dioecesi Canonicorum Capitulum modo erigatur, indulgemus ut pro Canonicis dioecesani Consultores ad iuris tramitem eligantur et adhibeantur, qui Episcopo tum in sacris ritibus faciendis, tum in aliis pastoralibus muneribus obeundis consilio et opera praesto sint. Mensam episcopalem constituent, praeter subsidia quae S. Congregatio de Propaganda Fide conferre poterit, bona, si quae sint, ad Dioecesim pertinentia, fidelium oblationes et Curiae emolumenta. Ad iuvenum in spem Ecclesiae succrescentium institutionem volumus ut seminarium dioecesanum, saltem parvum, cum fieri poterit, erigatur, iuxta Codicis Iuris Canonici praescripta et a S. Congregatione de Propaganda Fide traditas

normas. Quod autem attinet ad huius novae Dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae Sacri Canones praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat volumus ut postquam hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, clerici Dioecesi illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime degunt. Ad omnia, quae hisce Litteris statuta sunt ad exsecutionem mandanda, venerabilem Fratrem Iacobum Cornelium van Mittenburg, Archiepiscopum Karachiensem et in Occidentali et Orientali Pakistana Republica Delegatum Apostolicum vel eum qui in exsecutionis actu Delegationi illi Apostolicae praeerit deputamus eique necessarias et opportunas attribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus fide dignum peractae exsecutionis actorum exemplum ad S. Congregationem de Propaganda Fide quamprimum trasmittendi. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere volumus ac decernimus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Nemini ergo hanc paginam seiunctionis, erectionis, constitutionis, subiectionis, commissionis, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die tertio mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 21.

II

DE SARAWAK
(KUCHINGENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SARAWAK AD VICARIATUS APOSTOLICI GRADUM ET DIGNITATEM EVEHITUR, QUI, MUTATO NOMINE, « KUCHINGENSIS » DEINCEPS APPELLABITUR, EIQUE TERRITORIUM « BRUNEI » NUNCUPATUM, A NOVO VICARIATU JESSELTONENSI SEIUNCTUM, ADNECTITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Aequum sane et opportunum existimamus Praefecturas illas Apostolicas, in quibus christianum nomen clara susceperit incrementa, ad maioris dignitatis gradum evehere. Quibus, uti laeto animo accepimus, annumeranda est Praefectura Apostolica de Sarawak, in Borneo Britannico, quae, ob sedulas curas sodalium Societatis Missionariorum a S. Iosepho de Mill-Hill, laetos, postremis praesertim hisce annis, opitulante Deo, tulit fructus. Quapropter, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi de Propaganda Fide praepositorum, auditaque sententia venerabilis Fratris Georgii de Jonghe d'Ardoye, Archiepiscopi titulo Misthiensis, Apostolici in Indonesia Internuntii, re mature considerata, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, suprema Nostra auctoritate quam supra diximus Praefecturam de Sarawak in Vicariatum Apostolicum erigimus et constituimus, quem deinceps ab urbe, in qua Ordinarius sedem habet, « Kuchingensem » nuncupandum decernimus. Huic autem Vicariatui territorium annectimus, vulgo *Brunei* appellatum, quod disiungimus a Praefectura Apostolica de Borneo Septentrionali, hoc ipso die a Nobis in Vicariatum Apostolicum Iesseltonensem nomine erecta. Novum vero Vicariatum Kuchingensem etiam in posterum curis committimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, sodalium Societatis Missionariorum a S. Iosepho de Mill-Hill, qui suam inibi iam navant operam. Ad hunc igitur Vicariatum Kuchingensem iura et onera spectabunt quae ceterorum Vicariatuum sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae iure communi eiusmodi Praesulibus competunt. Quae omnia, uti supra disposita et consti-

tuta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam erectionis, constitutionis, mutationis, seiunctionis, annexionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 43.

III

DE BORNEO SEPTENTRIONALI (JESSELTONENSIS)

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BORNEO SEPTENTRIONALI, EIUS LIMITIBUS PAULISPER IMMUTATIS, IN VICARIATUM APOSTOLICUM « JESSELTONENSEM » NOMINE, ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Docet usus ad Evangelii praeconum operam utiliorem facilioremque reddendam opportunum esse Praefecturas illas, in quibus, Deo opitulante, catholica religio insignes fecerit progressus, ad Vicariatus Apostolici gradum et dignitatem evehere. Quod Nobis modo prestandum esse videtur quoad Praefecturam Apostolicam de Borneo Septentrionali, in Borneo Britannico, quae ob sollertes curas sodalium Societatis Missionariorum a S. Iosepho de Mill-Hill, quibus commissa est, laetos, postremis praesertim hisce temporibus, tulit fructus. Quare, de consilio venerabilium

Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositorum, favente insuper habita sententia venerabilis Fratris Georgii de Jonghe d'Ardoye, Archiepiscopi titulo Misthiensis, in Indonesia Internuntii Apostolici, re mature perpensa, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, Praefecturam illam de Borneo Septentrionali, in Vicariatum Apostolicum erigimus ac constituimus; a quo tamen, Nostris sub plumbo Litteris « Aequum sane » hoc ipso die datis, territorium vulgo *Brunei* appellatum distraximus, quod novo Vicariatui Apostolico Kuchingensi annexuimus. Hunc autem Vicariatum ab *Jesselton* urbe, in qua suam Ordinarius sedem habet, « Jesseltonensem » deinceps nuncupandum volumus, ipsumque sedulis committimus curis, ad Nostrum tamen et Sanctae Sedis nutum, eorumdem sodalium Societatis Missionariorum a S. Iosepho de Mill-Hill. Ad novum igitur Vicariatum Apostolicum Jesseltonensem iura et onera spectabunt, quae ceterorum Vicariatuum sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae iure communi huiusmodi Praesulibus competunt. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Nostris Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam evectionis, erectionis, mutationis, commissionis, statuti, mandati et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri anno tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 47.

IV

DE RUANDA
(NYUNDOËNSIS)

A VICARIATU APOSTOLICO DE RUANDA PARS SEIUNGITUR EX QUA NOVUS ERIGITUR VICARIATUS « NYUNDOËNSIS » NOMINE, QUI CLERO INDIGENAE COMMITTITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut in Vicariatu Apostolico de Ruanda, ubi per sollertes curas Sodalium Missionariorum Africae christiana res non mediocres, Deo favente, suscepit incrementa, ecclesiastico regimini aptius prospici possit, opportunum videtur illum bipertire et novum exinde Vicariatum erigere. Quamobrem, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Christiano Nomini Propagando praepositorum, deque sententia venerabilis Fratris Petri Sigismondi, Archiepiscopi titulo Neapolitani in Pisidia et in Congo Belgico et Ruanda Urundi Delegati Apostolici, re mature considerata, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, certa scientia et suprema auctoritate Nostra, totam regionem quae ab occidente lacuum *Bulera* et *Ruhondo* nec non fluminum, quibus nomina sunt *Mkungwa, Nyabarongo, Mbirurume* et *Kilimbi* ad septentrionem spectat, quaeque stationes missionales de *Nyundo*, de *Murunda*, de *Muramba*, de *Rambura*, de *Mubuga*, de *Nyange*, de *Birambo* et de *Muhororo*, a Vicariatu de Ruanda seiungimus eamque in novum erigimus et constituimus Vicariatum Apostolicum, « *Nyundoënsem* » appellandum. Cum autem Apostolica Sedes semper exoptet Ecclesiarum regimen, cum fieri potest, indigenis committere sacerdotibus, utpote qui suorum civium indolem moresque melius noscant eorumque animos facilius allicere possint, cumque in novo hoc Vicariatu iidem ita numero frequentes sint ac congruentibus praediti dotibus ut digni sane videantur quibus propria potestas fidenti animo tribuatur, Nos de quos supra memoravimus Cardinalium consilio eademque suprema auctoritate Nostra, Nyundoënsem Vicariatum ipsis committimus, in Domino confisi eorum operam haud mediocriter in regione illa catholicae fidei propagationi et incremento profuturam. Ad novum igitur Vicariatum hinc iura et onera spectabunt quae ceterorum Vicariatuum sunt propria. Eius vero pro tempore

Praesulibus hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae ex iure communi eiusmodi Praesulibus competunt. Quae omnia, ut supra disposita et constituta, rata ac valida esse iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis Litteris haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam divisionis, seiunctionis, erectionis, constitutionis, commissionis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri anno tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleucien., *Decanus Proton. Apost.*
Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 45.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

SANCTUS MARCUS EVANGELISTA SOCIETATIS GENERALIS ARMENTI INSTITORUM EX HISPANIA, « SINDACATO VERTICAL DE GANADERIA » VULGO NUNCUPATAE, PATRONUS CAELESTIS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Militantis Ecclesiae alumni Sanctorum Caelitum patrocinium haud perperam sibi expetunt ut, eorum suffragantibus meritis, divinae largitatis participes reddantur atque, praefulgentibus virtutum exemplis, ad sanctimoniam vocentur. Cum igitur Generalis Societas armenti institorum ex Hispania, quam vulgari

usu « Sindicato Vertical de Ganaderia » appellant, a Nobis flagitasset ut Sanctum Marcum Evangelistam, quem a multo tempore praecipuis veneratur obsequiis, Caelestem sibi constitueremus Patronum, Nos pro Apostolico munere precibus huiusmodi, Venerabilis Fratris Leopoldi Eijo y Garay, Matritensis et Complutensis Episcopi, commendatione suffultis, libenti animo statuimus obsecundare. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Marcum Evangelistam Generalis Societatis armenti institorum ex Hispania, « Sindicato Vertical de Ganaderia » vulgo nuncupatae, Caelestem apud Deum *Patronum* facimus et renuntiamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Octobris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis
GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

VENERABILIS DEI FAMULUS ANTONIUS MARIA PUCCI, SACERDOS, EX ORDINE SERVORUM MARIAE, BEATUS RENUNTIATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ovium Christi commoda habens antiquissima, Sanctus Bernardus in hanc sententiam haud perperam est locutus: « Nil in Ecclesia pretiosius, nil optabilius bono utilique pasto-

re » (Ep. 249; *PL.*, CLXXXII, 449). Quod recte cadit in pervigilem curionem urbis « Viareggio » appellatae, Antonium Mariam Pucci, quem, Beatorum Caelitum honoribus sollemni ritu hodie cumulantes, Catholicae familiae proponimus ad imitandum. In eius ergo vitam, animarum saluti deditam, tamquam in speculum intueantur ii quibus « clericatum propter populum suum Deus imposuit » (S. Aug., sermo 356; *PL.*, XXXIX, 1573); habent cuius terant vestigia homines ex ordine laicorum, quippe cum vir ille egregius singularia dederit pietatis, castimoniae caritatisque documenta. Omnes denique e praecipuo hoc Dei Genetricis cultore veroque Servo Mariae similitudinem ducant, quandoquidem in huius saeculi procellis Alma Deipara, pie exorata, mortalibus quasi portus est ac perfugium salutis. Secundus e septem filiis Augustini Pucci et Mariae Olivae Macchi, qui vitam, licet asperam, colebant cum virtute, Famulus Dei in pago « Poggiole » vulgo nuncupato et intra Pistoriensis dioecesis fines posito, die sexta decima mensis Aprilis, anno millesimo octingentesimo undevicesimo, susceptus est in lucem eademque die Christifidelium coetui per sacrum baptisma insertus. Lectus puerulus, cui Eustachio inditum nomen, cum esset quadrimus, chrismate sancto inunctus fuit ad christianae vitae certamina ineunda. A prima aetatula animum ad res divinas inclinatum praetulit, utpote cum curialem aedem soleret religionis causa saepissime adire, ad Eucharisticum Sacrificium administrare, patri, eiusdem templi custodi, pro corporis sui modulo adesse, ab aequalium nugis alienus honestae lusionis gratia arulas domi exstruere. Curione magistro usus, puerorum didicit elementa ac deinde in Latinis litteris multum et studiose est versatus. Panem Angelorum Angeli in modum primum sumpsit, cuius diei, omnium optatissimae, memoria persaepe eum postmodum tenebat. Divinae huius mensae consuetudine atque singulari pietate erga Beatam Mariam Virginem intemerata eius alebatur adolescentia. Itaque, annos natus duodeviginti, ad Caelestis Reginae vexilla statuit convolare Ordinisque Servorum Mariae profiteri instituta, quod consilium, postquam pater desiit repugnare, alacris perfecit. Rite suscepta veste religiosa die vicesima tertia mensis Decembris, anno millesimo octingentesimo trigesimo septimo, in Florentino coenobio Beatae Mariae Virginis ab Angelo salutatae, acceptoque nomine Antonio Maria, Famulus Dei tirocinii tempore maximum omnium negotium, sanctimoniae adeptionem, ita institit ut sodalibus praeluceret exemplo ad virtutem. Postea in Senarii montis recessu, ubi Sancti septem Ordinis Auctores vitae rationem caelestem quandam erant ingressi, dum in reconditioris doctrinae studiis sacrisque disciplinis elaborat, ad optimi quoque viri religiosi laudem profecit. Die tandem trigesima mensis Maii, anno mil-

lesimo octingentesimo quadragesimo tertio, sollemnium votorum sponsione Deo obligatus, paulo post, die vicesima quarta mensis Septembris, eodem anno, ad sacerdotalem dignitatem fuit provectus. Magnis igitur ornamentis virtutum instructus neque mediocri praeditus eruditione, Antonius Maria paratus erat ad subeundos pro grege Christi labores. Ingenii vero eius atque operae quasi theatrum fuit urbs « Viareggio », quae propter apricum et amoenum litus, cui adhaeret, caelique salubritatem magis in dies coepta est frequentari. Ibi ad Sancti Andreae templum curiale, Ordini Servorum Mariae creditum, parocho fuit a sacris adiutor, quo ex munere, pueritiam scite formans Fidei praeceptionibus, admissa confitentibus aures assidue commodans, de rebus divinis dicens sollerter, tantam sibi peperit laudem ut, triennio post, ad curionis partes sustinendas asciscerétur. Inter haec autem, a studiis se nequaquam seiungens, magistri sacrae theologiae appellatione fuit insignitus. Ceterum nullam aliam priorem quam gregis sui curam agens idque per quadraginta quinque annos, propter versatam in omnium ore et sermone lenitatem ipsius, blandiore nomine Italico « il curatino » solebat nuncupari. Virgini Perdolenti, quam Servi Mariae quasi domestica excolunt religione, paroeciam voluit devotam et ut eam fideles perpetuis venerarentur obsequiis omni studio est annisus. Fuit ei etiam sollemne oves, quibus vitae integrae et mirabilis industriae praebuit exempla, singillatim cognoscere, ad pietatem contionibus erudire, Sacramentis Ecclesiae confirmare, potissimum vero ut conscientiae iudex in sacro tribunali illis assidere. Complures pias sodalitates sive pro pueris, quos habuit carissimos, et viris, sive pro feminis instituit optimisque legibus stabilivit. Qua in re consilium eius et sollertia tantopere emicuerunt ut eum consociationis ab Actione Catholica quodammodo dicerent praenuntium. Eximia caritate complexus est curiatos, praesertim humiles, rerum inopia vel morbo laborantes, iacentes in calamitate. Qui cum summa hieme incidisset in senem mendicum gelu torpentem, detracto sibi pallio velut alter Martinus Turonensis rigentem frigore contexit. Neque minus sibi pepercit cum cholera morbus ureret civitatem; quamvis enim in maximum se inferret periculum, tamen, sui immemor, per vias discurrebat ut corporibus lue infectis mederetur, animos culpae obnoxios piaret, vitam edentibus ad extremum usque anhelitum praesens adesset consolator. Pro egenis stipem rogare non erubescens, quod tenues domus curialis facultates eorum inopiae levandae non suppetebant, pater pauperum merito dicebatur. Facilem se praebens in omnes, admodum molli fuit animo ad accipiendam offensionem, atque ad pacem et concordiam dissidentes revocavit. Ea quae haec tem-

pora postulant acri perspiciens ingenio et in rem deducens, in urbe « Viareggio » domum condidit Sororum Mantellatarum Servarum Mariae pro disciplina iuventutis; primus ex Italia « hospitium maritimum », cuius generis receptacula « colonias maritimas » hodie consueverunt appellare, constituit ut puerorum egestate vel morbo circumventorum valetudini consuleret. Coetus Vincentianos, e Gallia vixdum inductos, et eos qui ad Fidem spectant propagandam, magnopere fovit atque auxit. Qui in publico curionis munere gerendo nihil officii, nihil diligentiae passus est desiderari, sed expletam quandam pastoris formam exhibuit, idem in intimis etiam aedibus ad virtutem toto pectore incubuit: ab omni fastu et arrogantia alienus, modeste de se existimavit; Deo coniunctissimus, linguam ita compescuit ut nullum ipsi excideret verbum quod animo posset labeculam aspergere; fuit ei in usu coram augusto Eucharistiae Sacramento diuturnas preces fundere atque orandi consuetudine ad caelestia animum convertere; acriter sibi imperans, voluntaria se afflictatione discruciavit; religiosae vitae studiosus, primarias eius virtutes, paupertatem, castimoniam, oboedientiam coluit quam maxime. Consideratus atque providens nec non suavitatem habens austeram quandam et solidam, coenobii sui familiam satis diu et provinciam Tusciae septem annos rexit, sodalibus fructus capientibus laetos et uberes. Supernis quoque donis cumulatus, Antonius Maria, cum Sacris faceret vel preces Deo adhiberet, nonnumquam in aëra est levatus, mente a corporis sensu emota atque in supernarum rerum contemplatione defixa. Animorum quoque latebras dictus est penetrare et infirmis valetudinem mirifica sanatione restituere. Ipsum autem, sacrum munus aegroti causa obeuntem, vis morbi ingens est adorta qua oppressus, breve post temporis spatium die, duodecima mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo nonagesimo secundo, Ecclesiae Sacramentis communitus, in eadem urbe « Viareggio » ad eam quam vehementer exoptaverat discessit beatam immortalitatem. « Sanctum » obiisse omnes conclamavere; partes vestium eius surripere contenderunt funusque honestissimum non solum Christianam disciplinam professi sed etiam cives et magistratus nomini Catholico infensi communi maerore sunt prosecuti. Corpus in publico conditum sepulcreto, anno millesimo nongentesimo vicesimo in curiale templum Sancti Andreae fuit translatum. Singularem vero demortui curionis famam sanctimoniae, in dies crebrescentem, Deus caelestibus signis videbatur confirmare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoris ipsi decernendis agi coepta est, atque, post ordinarios, quos vocant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Pio Pp. XI, fel. mem., Decessore

Nostro, die tertia decima mensis Aprilis, anno millesimo nongentesimo trigesimo secundo, obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus rite absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Antonii Mariae Pucci fuit disceptatum; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famulo Dei heroum in modum cultas esse Nos, lato decreto die duodevicesima mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo quadragesimo octavo, ediximus. Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem invocato nomine a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die secunda mensis Martii, hoc anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit discutiendum, an Dei Servus inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod prorsus factum est. Omnes enim Purpurati Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi Patresque Consultores id fieri posse cunctis suffragiis affirmaverunt. Nos tamen, pro rei magnitudine, mentem Nostram distulimus aperire quo ad eam ferendam sententiam maiorem superni luminis copiam, enixas preces ad Deum admoventes, impetraremus. Itaque die tandem sexta mensis Aprilis, eodem hoc, quem diximus, anno, postquam Sacris sumus operati, accitis Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, Dilecto Filio Nostro Alexandro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Verde, Causae Ponente seu Relatore, Venerabili Fratre Alfonso Carinci, Seleuciensi in Isauria titulo Archiepiscopo Sacrique Consilii religionis Ritibus praepositi Viro a secretis, atque dilecto filio Salvatore Natucci, Fidei Promotore Generali, ad Venerabilis Famuli Dei Antonii Mariae Pucci sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Ordinis Servorum Mariae explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus ut Venerabilis Dei Famulus Antonius Maria Pucci, Sacerdotes, *Beati* nomine in posterum nuncupetur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium veneration proponantur, atque etiam ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem Nostra auctoritate concedimus ut de illo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur, iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesibus Pistoriensi et Pratensi, quarum intra fines Beatus ipse ortus est, atque Lucensi, ubi diem obiit supremum,

itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Ordo Servorum Mariae utitur, ab omnibus Christifidelibus qui horas canonicas recitare teneantur et, quod ad Missas attinet, a Sacerdotibus omnibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur, convenientibus. Largimur denique ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Antonii Mariae Pucci, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legima auctoritate statuendis, intra annum postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII mensis Iunii, Dominica III post Pentecosten, anno MCMLII, Pontificatus Nostri quarto decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

ALLOCUTIONES

I

*Ad Moderatores Sodalitatum « Exploratorum », vulgo « boy scouts » nuncupatorum, ob Conventum primum internationalem Romae coadunatos.**

Vous avez choisi Rome, chers fils, comme lieu de réunion de la Conférence Internationale du Scoutisme Catholique, et c'est la première fois que vos dirigeants nationaux se rassemblent dans la Ville éternelle. Vous deviez d'ailleurs y traiter un sujet qui vous appelait de préférence près du Vicaire de Jésus-Christ : « L'apostolat dans et par le scoutisme ». Soucieux de répondre aux pressants appels que Nous avons

* Habita die 6 Iunii mensis a. 1952.

adressés à tous les catholiques, vous voulez prendre toute la responsabilité qui vous revient dans l'apostolat de l'Eglise, noble et généreuse résolution, tout à fait conforme à l'esprit du scoutisme.

Chacun sait en effet que, dès les début, la religion y a tenu la première place; mais vous avez conscience également de ce que le catholicisme ajoute de force et de précision à l'œuvre éducatrice que vous poursuivez. Il ne s'agit pas seulement pour vous de former de meilleurs citoyens, plus actifs, plus dévoués au bien commun de la cité temporelle; il faut aussi former de meilleurs fils de l'Eglise. Or dans l'Eglise catholique la mission apostolique descend de la hiérarchie aux fidèles, et de nos jours tous les fidèles, selon leurs moyens, sont appelés à collaborer à cet apostolat.

A vrai dire, les garçons ne sont pas à l'âge de l'apostolat organisé, mais ils doivent y être préparés.

L'expérience d'une trentaine d'années a amplement démontré la valeur formatrice du scoutisme. Que de belles fiures de grands chrétiens, de héros et de chefs, que de vocations religieuses et sacerdotales ont pris naissance dans les Troupes! Attentifs cependant à combattre les déviations possibles, vous avez constamment revisé les méthodes et rappelé les principes. Si le scout aime la nature, ce n'ést pas en égoïste ou en dilettante, ou simplement pour y jouir de l'espace, de l'air pur, du silence, de la beauté du paysage; s'il y prend le goût de la simplicité, d'une saine rudesse en opposition avec la vie artificielle des villes et les servitudes de la civilisation mécanisée, ce n'est pas pour fuir les obligations de la vie civile. S'il cultive d'excellentes amitiés dans un groupe choisi, ce n'est pas pour refuser les contacts et les services, bien au contraire. Rien ne serait plus éloigné de son idéal. S'il aime les réalités concrètes, ce n'est pas non plus par mépris des idées et des livres. Il a souci d'une culture complète et harmonieuse, en rapport avec ses talents et les nécessités actuelles.

Pour atteindre ce but, la Promesse d'observer la Loi scoute, avec la grâce de Dieu, est un levier puissant, qui soulève la jeunesse au dessus des faiblesses et des tentations. Basée sur les fondements de la loi naturelle, la Loi scoute, par l'éducation de l'effort, par la pratique quotidienne de bonnes actions volontaires, fait appel à la droiture et à la fidélité, dont les jeunes ont si grand désir et qu'ils sont heureux d'être aidés à garder fermement. Elle leur fait prendre en horreur la fraude, le mensonge, la dissimulation. Les jeunes, sentant grandir leurs forces, sont naturellement généreux; ils veulent lutter, se mesurer aux difficultés; ils éprouvent le besoin de donner, de se donner, de se dé-

passer, et trouvent dans la pratique de la vie en plein air et dans la recherche de l'habileté manuelle un aliment adapté à leur âge. La pureté, favorisée par un tel climat moral, leur est aussi nettement définie et donne à leur énergie la réserve et la délicatesse chrétiennes.

Qui pourrait nier l'opportunité d'une telle éducation dans une civilisation, où règne l'égoïsme, la défiance, la lâcheté, l'amour effréné du plasir?

Le premier apostolat des scouts est celui de l'exemple dans la Troupe. En se formant personnellement et collectivement, il sont déjà au service de l'Eglise et façonnent l'instrument de leur apostolat futur. Plus les fondements qu'ils posent seront larges et profonds, plus l'édifice de leur vie chrétienne sera solide et imposant; plus le rayonnement de leurs qualités sera étendu, plus on fera appel à leur compétence pour la gloire de Dieu et l'honneur de l'Eglise.

Mais cette formation doit dès leur jeune âge, par les méthodes concrètes d'observation et de réflexion qui leur conviennent, être ouverte sur les réalités sociales, naturelles et surnaturelles: Ils doivent apprendre à vivre dans la société moderne, et pour cela être prudemment informés sur ses structures, ses qualités et ses défauts. Ils doivent particulièrement se préparer à prendre dans leur milieu et dans leur communauté paroissiale la part d'influence et de responsabilité, dont ils sont capables. En somme, la formation du caractère, qui est la fin principale du scoutisme, doit avoir une orientation franchement sociale et apostolique. Elle doit préparer à servir le prochain à la fois dans les contacts personnels et dans les institutions civiles et religieuses.

L'amour, que les scouts ont toujours eu pour la Personne divine du grand Chef, qui est la Route, la Vérité et la Vie, doit demeurer leur lumière et le soutien de leurs efforts quotidiens.

C'est ce que Nous Lui demandons de tout cœur, afin qu'au jour des responsabilités Il les trouve toujours prêts. Que dès aujourd'hui sur vous-mêmes ici présents, sur tous les groupements nationaux que vous représentez, sur les chefs, sur les aumôniers et sur tous les scouts descendent les grâces qu'implore Notre Bénédiction Apostolique.

II

*Ad praeclaros viros Senatus Academici Studiorum Universitatis Urbis atque ad eiusdem alumnos.**

Di vivo gradimento al Nostro cuore è la vostra presenza, diletti figli dello *Studium Urbis,* che guidati dall'on. Signor Ministro della Pubblica Istruzione, dal Rettore Magnifico e da illustri Professori del glorioso Ateneo, siete venuti a Noi, quasi per suggellare con una pubblica professione di fede e di devozione al Vicario di Cristo le fatiche dell'Anno accademico, vale a dire di un altro passo compiuto sulla via del civile progresso, agognata mèta della vostra, come di ogni altra, Università.

Da lungo tempo voi avete desiderato di venire ad attestarCi il vostro filiale affetto; ma le impellenti cure del Nostro ufficio pastorale Ci hanno costretti a rimandare fino a questo giorno il bramato incontro.

Voi, del resto, non ignorate l'assidua sollecitudine, con cui seguiamo la vita universitaria, i suoi avanzamenti, i suoi problemi, le sue lotte; come non sconoscete gli attestati della Nostra predilezione, particolarmente quello che vorremmo fosse da voi considerato come dono scaturito dal più profondo del Nostro cuore: la Cappella Universitaria, da voi vivamente desiderata e accolta con giubilo, come centro spirituale e coronamento della Città degli Studi.

E quale miglior dono potevamo Noi offrire alla Gioventù universitaria romana, se non un tempio, il quale, restando perenne monumento del Nostro affetto, fosse anche, con la sua Aula destinata al culto, con la Cripta votata alla pia memoria dei giovani Caduti, con la sua dedicazione alla Eterna Sapienza, il santuario, ove la gioventù potesse trovare alimento alla triplice fiaccola, che dovrà ispirare e rischiarare il cammino della sua vita: la patria — quasi estensione della famiglia —, la scienza e la religione, che sono i tre pilastri di una società moderna bene ordinata?

1. Ora della vostra patria voi siete, non già esclusivamente, ma a preferenza di ogni altro ceto giovanile, l'avvenire, poichè le arti liberali o professioni sono tra le attività civiche quelle che danno maggiormente il tono alla vita della nazione e ne segnano il corso. La direzione della società di domani è principalmente riposta nella mente e nel cuore degli universitari di oggi. E poichè siete venuti a Noi per attingere qualche salutare pensiero, Ci sembra di potervi dire: penetrate, radicate, ap-

* Habita die 15 Iunii mensis a. 1952

profondite la coscienza di futuri dirigenti della nazione, ed insieme le particolari responsabilità verso la patria nelle singole professioni, alle quali vi dedicherete, terminati felicemente i vostri studi.

L'avvenire della patria fra i popoli moderni e civili dipende dunque primariamente dalla sua gioventù universitaria. Perciò ogni categoria di cittadini guarda alle sue schiere con trepida speranza e, assecondando un'antica tradizione, suole circondarle con festosa simpatia; per questo i gruppi professionali di anziani ne seguono attentamente le vicende; per questo gli Stati non risparmiano sacrifici per assicurare, in quanto è possibile, agli Atenei stabilità ed incremento. E la patria a voi si affida non solo in circostanze straordinarie, per esempio, se versasse (che Iddio ne la preservi!) in grave pericolo, perchè già avvezza a contare sui nobili impulsi della gioventù universitaria, sempre pronta ad ogni sua chiamata e trascinatrice di tutte le altre giovani anime; ma anche nel corso normale della vita nazionale, che voi alimenterete col quotidiano esercizio della vostra professione.

Un sentimento di tenera commozione C'inonda il petto nel vedervi ora così giovani e baldi, e insieme nel pensare che tra pochi anni, invero veloci a trascorrere, tanta gente bisognosa dei vostri consigli, del vostro aiuto e della vostra mano, ricorrerà fiduciosa a voi; nel pensare che dalle vostre risoluzioni dipenderà la vita di tanti infermi, la pace di tante famiglie, il trionfo della giustizia, l'educazione di tanti fanciulli, la sorte di tanti operai; che dalla vostra capacità sarà determinato il progresso del paese, l'impiego oculato delle sue risorse, l'incremento delle industrie, le comunicazioni, le strade, la navigazione, le macchine, la sicurezza dalle calamità, la sanità pubblica, l'economia, il volto esterno della nazione. E da chi altri, se non da voi e dalla vostra intelligenza, essa può attendere i nuovi ritrovati della scienza, le benefiche scoperte, le utili invenzioni, in una parola quel progresso tecnico e scientifico, che onora il popolo il quale se ne fa promotore? In verità voi sarete l'intelligenza della patria, ma soprattutto ne sarete il cuore, poichè da voi in tanta parte dipenderà il benessere del popolo, la santità delle leggi, l'onestà dei costumi, la rettitudine politica, la buona intesa coi popoli vicini, la pace operosa.

Questo desideravamo di ricordarvi, non perchè, lusingati nell'orgoglio, vi appartiate dal popolo quasi in una casta privilegiata, ma perchè penetriate le gravi responsabilità sociali, le quali fin da ora debbono essere affrontate con adeguata preparazione. Precisamente in questi anni giovanili, in cui la mente è più agile ed aperta, gli assilli della vita ordinariamente minori, il tempo più facilmente libero, nasce il medico che

non erra, il giurista che non tentenna, il tecnico sicuro e preciso, il letterato che apre nuove vie, l'uomo di Stato lungimirante e sagace.

Il vostro amore di patria, i vostri ideali scientifici e professionali, si attuino perciò fin da ora nello studio assiduo e metodico, che esige disciplina più voluta che imposta, austerità di vita, raccoglimento costante, purità di costume, che è il più valido sostegno di un reale profitto nel sapere.

2. L'altra fiaccola, che illuminerà il vostro cammino, sarà la stessa scienza nei suoi molteplici rami, che voi medesimi sentirete il bisogno di coltivare incessantemente. La maturità degli anni vi dirà quanto grati dovete essere a Dio per avervi avviati nei sentieri della scienza, la quale, in contraccambio delle molte fatiche che richiede, sa dare ai suoi cultori inestimabili sodisfazioni e titoli di genuina nobiltà, quali, eccetto l'arte, nessun altro lavoro può elargire. Quale splendido decoro della persona è la scienza approfondita, posseduta e quindi utilizzata per il bene altrui! Quali vivi compiacimenti, non vogliamo dire dell'amor proprio, ma della primordiale umana tendenza verso il sapere e verso le sue più larghe visioni! Pochi altri beni terreni possono equipararsi ad essa nel perfezionamento dell'uomo!

Tuttavia, pur respirando a pieni polmoni il suo fascino, non crediate che essa possa appagarvi interamente. Una tale aspettazione, oltre ad essere un errore di sopravalutazione del suo potere perfettivo, provocherebbe amare delusioni il giorno in cui con la piena maturità dello spirito sorgerà in voi la coscienza dei valori umani più profondi e totali, poichè l'uomo acquista a gradi la consapevolezza di tutto il suo essere. Quel giorno, neppure la filosofia, che è l'interprete della natura e della conoscenza naturale, e così in qualche modo la norma della vita, saprà rispondere a tutti i problemi e le difficoltà. Occorrerà salire a più alte sorgenti, alle quali conduce il sincero amore della verità e il suo sicuro possesso: vogliamo dire alle sorgenti religiose soprannaturali.

3. Il nostro argomento Ci ha condotti al terzo punto che intendevamo di toccare, vogliamo dire la fede cristiana, questa fiaccola che rischiara il cammino della vita, questa sicurezza che conforta e incoraggia in ogni evento, « questa cara gioia — sovra la quale ogni virtù si fonda ».[1] Infusa nel battesimo, è stata in voi nutrita e coltivata fin dai teneri anni, con la preghiera e i Sacramenti, con l'insegnamento del catechismo, con l'esempio — Noi speriamo — di coloro che vi circondavano. Ora che siete adulti e giunti all'età in cui dovete da voi stessi scegliere e determinarvi, occorre che voi facciate divenire quasi vostro cosciente pos-

[1] Par. 24, 89-90.

sesso personale, che comprendiate sempre più profondamente e viviate sempre più intensamente il tesoro della fede cattolica e la ricchezza di verità e di grazia, che Gesù Cristo vi ha donato con la sua redenzione e con la sua Chiesa, e di cui ha posto nelle vostre anime il germe fin dalla culla.

È questo il dovere più alto della vostra vita, il cui adempimento esige il concorso di tutto l'uomo: la mente ed il cuore, la convinzione interna e la forza della volontà.

Una prima esperienza deve farvi riflettere: donde viene che intorno a voi questo o quel compagno, prima credente e pio, varcata poi la soglia della Università, subisce una crisi, che a poco a poco si risolve nella indifferenza religiosa o in altre forme più o meno esplicite di ateismo? Voi non potete attendere, diletti figli, che Noi trattiamo in poche parole un problema così delicato. D'altra parte, però, il vostro avvenire e voi stessi Ci stanno tanto a cuore, che non possiamo esimerCi dall'esporvi qualche breve riflessione in tale materia.

Lasciamo da parte la questione, come a provocare quelle crisi concorrano difficoltà intellettuali ed altre circostanze, che sono da ricercarsi, piuttosto che nella pura sede della ragione, tra le selve selvagge delle sregolate passioni e delle deviazioni morali, o forse anche nel campo infido delle concessioni, che si stima di dover fare alle esigenze di un'agognata carriera. Ad ogni modo, una cosa è certa: non vi è religione, e per conseguenza vita religiosa personale, senza culto di Dio. Ma il culto di Dio non è soltanto un semplice e freddo atto intellettuale; esso è lode di Dio, servizio di Dio, abbandono fiducioso in Dio con tutto il cuore e con tutta l'anima.[2] Similmente « credere » è certamente innanzi tutto ammettere — e penetrare nei limiti del possibile — le verità rivelate da Gesù Cristo, ma anche trarne generosamente le conseguenze che esse importano per la vita morale. Se dunque alcuno stimasse sufficiente per la sua vita religiosa il dedicare al culto di Dio la piccola mezz'ora della messa domenicale, come potrebbe sperar di evitare che essa deperisca e inaridisca?

Considerate inoltre che le verità religiose vi sono state presentate nella età della fanciullezza e nella scuola in una forma corrispondente alla intelligenza del fanciullo e dell'adolescente. La maturità intellettuale che permette di comprendere problemi e rapporti più profondi non è venuta che con gli anni, e soltanto ora è stata da voi completamente acquisita. Se dunque, mentre progredite di grado in grado nelle scienze

[2] Cfr. MATTH. 22, 37.

profane, non faceste analoghi avanzamenti nelle cognizioni religiose e nella vita dello spirito, potreste voi meravigliarvi di andar soggetti a simili crisi? Siate quindi consapevoli della vostra responsabilità: perfezionate sempre più la comprensione intellettuale della vostra fede e studiatevi di vivere secondo le norme delle grandi virtù cristiane.

Ancora una parola sull'argomento del preteso contrasto tra la fede e le scienze naturali. La conciliazione tra di esse suppone due principî. Il primo è che il metodo delle scienze vale soltanto nell'ambito in cui esse sono realmente competenti, vale a dire in quello dei sensi; il secondo è che al di là delle cognizioni e delle realtà fisiche vi sono altre realtà, le realtà metafisiche — per esempio, la causalità —, che non dipendono dai dati dei sensi, ma dalle leggi ontologiche universali. Ben lungi dall'essere inferiori in certezza alle leggi della natura sensibile, sono a queste superiori, poichè valgono per ogni essere in quanto tale. Ora esse conducono con una forza irresistibile alla conoscenza naturale di Dio.

È veramente funesto che col sorprendente sviluppo delle scienze sia andato quasi di pari passo l'oblio delle verità metafisiche nella mente di una parte degli scienziati. Non tutti però certamente; troviamo infatti in ogni ramo delle scienze maestri fra i più grandi, che furono al tempo stesso uomini intimamente religiosi. Anche ad un agnostico come Darwin la questione della esistenza di un sapiente Creatore fu presente allo spirito sino alla fine della vita; egli ammise che quel pensiero « often comes over me with overwhelming force », e che l'universo non è l'opera del caso. [3] Noi stessi abbiamo creduto di poter segnalare, nell'ultimo Nostro discorso all'Accademia delle Scienze, che oggi si nota fra gli scienziati un crescente movimento di ritorno alla idea della creazione.

Non aggiungeremo ormai più che una parola intorno alla crisi religiosa. Le difficoltà concernenti la fede non debbono essere riguardate da sè sole, ma bisogna porle nell'insieme del problema della religione e del mondo. Questioni particolari hanno già avuto, o troveranno un giorno, la loro soluzione, siatene sicuri; ma tra i fatti che si presentano alla mente dinanzi alla umanità considerata nella sua storia antica e moderna, dinanzi ai dati della sociologia specialmente contemporanea, una legge apparisce al nostro sguardo con stringente evidenza: una vita conforme alla dignità dell'uomo è possibile soltanto se gl'individui, come la comunità e le pubbliche autorità, sono stabiliti sul fondamento della religione, se riconoscono il Dio personale, il suo ordine, i suoi comanda-

[3] *Francis Darwin, The life and letters of Charles Darwin*, London 1887, vol. I pag. 316.

menti. « Masse » senza Dio non si lasciano alla lunga contenere che per mezzo del terrore. Questa legge è valsa sempre; ma nessuna generazione ha dovuto così tragicamente sperimentarne su sè stessa il valore, come la presente. Non è forse tutto ciò per ogni spirito sereno una potente testimonianza della esistenza di Dio?

Con Dio nella mente, con Dio nel cuore, con Dio nella professione, conformandovi senza esitazioni alla sua sapiente legge e alle sua amabili disposizioni, talora misteriose, potrete affrontare con animo tranquillo l'ardua navigazione che vi attende. Senza di Lui, anche le attività professionali, e specialmente quelle che hanno più intimi rapporti con lo spirito umano, come la filosofia, l'insegnamento, la giurisprudenza, la medicina, la politica, sarebbero menomate nel loro vigore.

Siate certi che il miglior modo per evitare inutili naufragi e conservare splendente la fiaccola della fede è il praticarne i precetti con lo stesso candore, con cui avete appreso i divini comandamenti sulle ginocchia delle vostre madri, e quasi sotto i loro occhi, particolarmente voi che, lontani dalle vostre case, vi sentite talvolta inghiottiti e fatti quasi anonimi nella grande città, e per ciò tanto più esposti agli adescamenti del male.

Ecco, diletti figli, come Noi vorremmo la cara gioventù universitaria: cosciente delle gravi responsabilità sociali, solerte nel prepararvisi, generosa nell'aspirare all'ottimo, padrona nelle scienze, forte nella fede, devota alla patria, continuatrice delle nobili tradizioni dell'Ateneo Romano, che tanti uomini insigni ha dati alla Chiesa e all'Italia. Che il Regno di Dio, il quale è armonia di cielo e di terra, di opere umane e di virtù morali, di serenità nel tempo e di beatitudine eterna, si stabilisca nelle anime vostre!

Con questi auspici impartiamo di cuore a voi, ai vostri esimi Docenti, alle famiglie di cui siete e sarete il prezioso tesoro, per la vostra vita presente, per il felice successo dei vostri studi e delle imminenti prove, per il vostro avvenire, la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

III

Ad christifideles qui Romae convenerant ad beatificationem Ven. Servi Dei Antonii Mariae Pucci. *

Diletti figli Servi di Maria, e voi tutti devoti pellegrini delle diocesi di Pistoia, Prato, Firenze, Lucca e di alcune altre, che siete venuti ad onorare il Beato Antonio Maria Pucci, Noi vi accogliamo con viva gioia e facciamo salire verso il trono di Dio le più fervide azioni di grazia per i meravigliosi esempi del santo sacerdote, che abbiamo ieri elevato agli onori dell'altare.

Questa santità sacerdotale Noi vorremmo brevemente richiamare al vostro spirito, mentre preghiamo il « padrone della messe », per intercessione del novello Beato, di mandare in gran numero simili operai [1] al servizio della santa Chiesa. La grandezza del sacerdote è sublime agli occhi della fede per i divini poteri che Dio Nostro Signore gli ha concessi; ma quando essa risplende in un'anima interamente dedicata al suo ufficio pastorale, noi possiamo contemplare sulla terra un'autentica immagine del divin Redentore e amico degli uomini, Gesù.

Il Vangelo c'insegna che vi è una grazia potente di santificazione per i sacerdoti, ottenuta per i meriti e la preghiera di Gesù Cristo. Non ha Egli forse supplicato il Padre, nella sua orazione sacerdotale,[2] di santificarli nella verità, come Egli offriva sè stesso vittima in sacrificio per loro? La grazia del sacerdozio cattolico ha da circa venti secoli prodotto frutti incomparabili in tutti i paesi del mondo, e il numero dei Santi rivestiti del carattere sacerdotale cresce incessantemente per la gloria di Dio e il conforto dell'intiera umanità. Non vi è nulla di più grande sulla terra che un santo sacerdote.

Il sacerdote, che mette in pratica i consigli indimenticabili ricevuti il giorno della sua ordinazione, s'incammina a gran passi verso la perfezione. Prima d'imporre loro le mani, il Vescovo dice infatti agli ordinandi: Rendetevi conto di ciò che fate; imitate ciò che trattate; voi celebrate il mistero della morte del Signore; procurate dunque che muoiano in voi tutti i vizi e le concupiscenze. Il vostro insegnamento sia una medicina spirituale per il popolo di Dio; il profumo della vostra vita

* Habita die 23 Iunii mensis a. 1952.

[1] Cfr. MATTH. 9, 38.

[2] Io. 17, 17-19.

sia il godimento della Chiesa di Cristo, affinchè con la predicazione e con l'esempio edifichiate la casa, vale a dire la famiglia di Dio. [3]

Il Beato Antonio Maria Pucci udì queste parole il 24 settembre 1843 in Firenze, nella chiesa di San Salvatore, dalle labbra del Vescovo che l'ordinava. Egli vi si era preparato con una purezza illibata e col dono di tutto sè stesso a Dio nella vita religiosa. Al parroco, che a lui giovanetto aveva chiesto: « Che cosa farai da grande? » rispose: « Voglio farmi religioso in un Ordine consacrato alla Madonna ». La voce silenziosa di Dio lo invitava chiaramente al vertice della perfezione evangelica ed egli aveva sentito per ciò il bisogno di osservare i consigli di povertà, castità e obbedienza nella vita religiosa, immolando liberamente la triplice concupiscenza, quella che inclina le anime verso i beni della terra, quella che le porta verso i piaceri della carne, e quella che insinua la brama della indipendenza. Egli aveva scelto, ad imitazione di Nostro Signore e della sua Santissima Madre, di essere povero, casto e ubbidiente. In tal guisa diveniva più atto a comprendere la santità del sacerdozio; si metteva già col divin Salvatore in stato di ostia per la celebrazione del sacrificio che avrebbe rinnovato sull'altare. Egli vi si preparava egualmente con seri studi e con la formazione spirituale che riceveva dai suoi Superiori e Maestri, secondo la tradizione più volte secolare dei Sette Beati Fondatori dell'Ordine dei Servi di Maria.

Nominato Vice-Parroco, egli per tre anni si adoperò al tempo stesso di approfondire e completare le sue cognizioni delle scienze sacre, poichè voleva, secondo la esortazione ricevuta il giorno della ordinazione, che « il suo insegnamento fosse una medicina spirituale per il popolo di Dio », come fu in realtà durante i 45 anni da lui consacrati alla stessa parrocchia di S. Andrea in Viareggio. Tutto in lui era predicazione, perchè perfetto era l'accordo fra le sue parole e le sue azioni, fra il tono raccolto delle sue conversazioni e dei suoi sermoni e la maniera in cui pregava o agiva in ogni circostanza. « Il profumo della sua vita era veramente il godimento dei suoi fedeli », ed ora questo profumo si diffonderà nella Chiesa universale con gli onori che gli sono resi e l'autorità conferita al suo esempio con la solenne Beatificazione.

La sua unica cura fu di « edificare la casa, vale a dire la famiglia di Dio ». Non abbiamo qui bisogno di esporre lungamente l'opera costruttiva del santo parroco. Il suo popolo era la sua famiglia. Egli conosceva tutte le sue pecorelle, le visitava e poteva, grazie alla venerazione che la sua persona ispirava, penetrare dappertutto. In un tempo in cui la Chiesa e i sacerdoti erano esposti al disprezzo e all'ostracismo, egli ri-

[3] Cfr. *Pontif. Rom.* - De ordinat. Presbyt.

scoteva generale rispetto. La sua eroica carità durante i due anni del terribile colera che imperversò in Viareggio, vinse ogni preconcetto. Egli ristabiliva la pace, guidava la gioventù, consolava i malati. Ma non contento di questa azione individuale, chiamò a raccolta i fedeli, e prevenendo le forme presenti di Azione Cattolica istituì le Associazioni per ogni categoria dei suoi parrocchiani, fanciulli e giovani, uomini e donne; diede ad esse saggi regolamenti e le animò col suo zelo. Fondò e diresse il nuovo Istituto religioso delle Suore Mantellate Serve di Maria in Viareggio per la istruzione e la educazione delle fanciulle; fondò egualmente il primo Ospizio marino per i poveri bambini malati; introdusse le Conferenze di S. Vincenzo de' Paoli, le Opere Pontificie della Propagazione della Fede e della S. Infanzia. In tal guisa la sua parrocchia fu veramente la famiglia e la casa di Dio, interamente organizzata, solidamente unita, ed egli il buon Pastore e il Padre di tutti. Ad imitazione del divino Maestro, passò facendo del bene. Vederlo, ascoltarlo, confortava e conduceva a Dio.

Non potremmo però terminare queste brevi parole senza accennare alla grandissima parte che la devozione alla Santissima Vergine ebbe nella vita del nuovo Beato. Fin dal principio, egli volle consacrarsi a Dio per le mani di Maria nell'Ordine dei suoi Servi fedeli, e il suo primo discorso come parroco fu per mettere sè stesso e tutto il popolo sotto la protezione dell'Addolorata. Il suo zelo industre ne promosse il culto, lo fece penetrare nella vita quotidiana, lo rinnovò incessantemente con una tale intensità, che Viareggio divenne per eccellenza la « Città dell'Addolorata ». Noi stessi, Venerabili Fratelli e diletti figli, siamo così persuasi che la celeste Regina è per i sacerdoti la madre, la custode della castità, la guida nelle difficoltà della vita, la sorgente delle più abbondanti grazie, — come abbiamo esposto, per esempio, nella Esortazione *Menti Nostrae* al Clero del mondo cattolico —, che instantemente li invitiamo ad imitare il Beato Antonio Maria Pucci e a cercare presso la Madre di Gesù la forza di attuare il sublime ideale di santità, che lo stato sacerdotale richiede.

Sia il novello Beato per i religiosi un modello di fedeltà ai doveri della loro vocazione, per i sacerdoti un esempio luminoso nell'esercizio del sacro ministero, per i laici l'immagine di un santo ecclesiastico, nella quale risplende la dignità di tutto il Clero. Con questo augurio v'impartiamo con effusione di cuore, auspicio dei più eletti favori divini, la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

IV

*Ad Exc̃num Virum Maximilianum Henriquez Ureña, Reipublicae Dominicianae Oratorem extra ordinem liberis cum mandatis, Summo Pontifici Litteras publicas porrigentem.**

Señor Embajador:

La presentación de las Cartas, con las que Su Excelencia el Señor Presidente de la República Dominicana le acredita ante Nós como Embajador Extraordinario y Plenipotenciario, Nos ha producido la grata impresión de aquellos encuentros en que predomina la atrayente nota de la cordialidad.

Es la consecuencia natural de una historia de fecundas relaciones entre el país que dió cuna a la Sede Primada de las Indias, famoso por una cultura donde lo humano y lo religioso se fundieron, y esta Sede de Pedro; relaciones que han encontrado digna concreción en las palabras — tan mesuradas como justas — de Vuestra Excelencia, y especialmente en su afirmación de que sólamente un sentido espiritual de la vida podrá ofrecer al mundo el bienestar y la paz.

Vuestra Excelencia, en su larga carrera universitaria, periodística y académica; en los muchos delicados cargos oficiales que tan brillantemente ha desempeñado — entre los que recordamos con afecto singular aquel que le hizo estar presente a las primeras horas de Nuestro Pontificado —; en los largos estudios y horas de reflexión que suponen sus doctas y abundantes publicaciones, habrá podido primero penetrar desde el punto de vista especulativo y luego comprobar en la práctica la veracidad de afirmación semejante.

Efectivamente, ninguna manifestación tan capaz de llevar la preocupación a cualquier espíritu sereno e iluminado como este afán de alejar de la vida de los hombres y de los pueblos la verdadera religión, como si el progreso de las naciones y su marcha hacia adelante casi exigieran desprenderse antes de tan incómodo lastre.

Siempre, por el contrario, será cierto que la vida de las naciones, el desarrollo natural y legítimo de la sociedad, lo mismo que la felicidad de los individuos, reposan principalmente en el respeto a los pri-

* Habita die 11 Iulii mensis.

meros principios, en el reconocimiento de los derechos naturales y divinos, en la sumisión a las leyes justas. Y todo esto no será posible cuando aquellos principios vayan a buscarse en una filosofía — desierto infecundo — que ignora los valores más fundamentales; o cuando la observancia de la ley no descanse en las exigencias inderogables de la conciencia religiosa, por encima del puro temor de la sanción humana, porque como con forma lapidaria escribió vuestro primer gobernante, el genio de Cristóbal Colón, « es de... mirar en todo el cargo de la conciencia; porque no hay otro bien, salvo servir a Dios; que todas las cosas de este mundo son nada, y el otro es para siempre ».[1]

Vuestro hermoso país, Señor Embajador, a cuya historia, íntimamente ligada con los primeros pasos de la expansión cultural y religiosa en el mundo nuevo, no tenemos intención de aludir ahora, por haberlo hecho ya otras veces, lo ha comprendido perfectamente, abriendo ancho margen a la benéfica influencia de la Iglesia, sobre todo en el campo de la educación y en el terreno social.

Los provechosos efectos de una actitud tan razonable pueden verse ya en su resurgir actual, que va situando su nombre en posición cada vez más alta y favorable.

Pero Nós estamos ciertos de que quienes prudentemente lo gobiernan hallarán cada día fórmulas nuevas para proteger la santidad y pureza de sus hogares, para hacer que el influjo de la enseñanza religiosa llegue a todos los grados y todos los centros de una manera efectiva y para fomentar todavía más las vocaciones sacerdotales, defendiendo al mismo tiempo de los enemigos interiores y exteriores, de las falsas ideologías y de las organizaciones peligrosas el patrimonio espiritual de un pueblo, que justamente se gloría de una fidelidad secular a esta Sede Apostólica.

La República Dominicana, para ser en todo singular, lo es hasta desde el punto de vista geografico con sus cadenas montañosas y sus altas cimas, que Nos complacemos en considerar como una facilidad que la Providencia os ofrece para vivir más lejos de la tierra y más cerca del cielo. Por entre sus montes y colinas corre — fresca y alegre — la más increíble abundancia de venas y arroyuelos, fecundándolo todo hasta desembocar en sus vegas hechos ríos caudolosos; y también aquí queremos ver la mano de la Providencia que con su divina generosidad quiere excitar y provocar la vuestra.

[1] *Carta a Bartolomé Colón* febrero 1498 - en *Scritti di Cristoforo Colombo*, ed. C. de Lollis, vol. I, Roma 1892, pag. 299.

Todo, en fin, parece cooperar a que se pueda reconocer en vuestra historia una linea central, que el Señor no ha permitido que se quiebre; Vuestra Excelencia, Señor Embajador, Nos será testigo de que Nuestros más fervientes deseos y Nuestras más ardientes oraciones son para que esta línea se conserve y cada día más se consolide.

A ello, sin duda ninguna, contribuirá no poco la misión que Vuestra Excelencia inicia hoy con tan felices auspicios y en cuyo desempeño encontrará siempre en Nós la más amplia acogida y el más benévolo apoyo.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

NEOPAMPILONENSIS ET BERTRANIAE IN CATATUMBO

DECRETUM

DISMEMBRATIONIS ET ADNEXIONIS

Cum Exc. P. D. Raphaël Afanador et Cadena, Episcopus Neopampilonensis, supplices porrexisset preces ut distraheretur a dioecesi Neopampilonensi pars territorii, cuius spirituali regimini ipse, ob penuriam sacerdotum, nonnisi aegre consulere valeret, et territorio Praelaturae nullius Bertraniae in Catatumbo adnecteretur, Ssmus D. N. Pius Div. Prov. PP. XII, praehabito favorabili voto Exc. P. D. Antonii Samoré, Archiepiscopi titularis Ternobeni et in Columbia Nuntii Apostolici, de consilio infrascripti Cardinalis S. C. Consistorialis Secretarii, ratus huiusmodi adnexionem in Praelaturae nullius incrementum valde cessuram, precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, de plenitudine Apostolicae potestatis, praesenti Consistoriali Decreto memoratae Praelaturae nullius Bertraniae in Catatumbo partem territorii adnectit, a dioecesi Neopampilonensi distractam, quae insequentibus circumscribitur limitibus.

Ad septentriones communibus limitibus dioecesis Neopampilonensis et Praelaturae nullius Bertraniae in Catatumbo.

Ad orientem communibus limitibus Nationum Columbiae et Venezuelae usque ad fontem rivi vulgo *Don Pedro*. Huius rivi servato cursu, limes pervenit ad locum in quo idem rivus in flumen vulgo *Pamplonita* confluit; inde, recta via, ad vigesimum miliarium viae ferreae ab urbe vulgo *Cúcuta*, et deinceps attinget fontes rivi *Guaduas* nuncupati. Rivi *Guaduas* servato cursu usque ad locum in quo occurrit flumen vulgo *Zulia*, confinium, recto tramite, pervenit ad fontes rivi *Aguadulce* nuncu-

pati et inde ad locum in quo fluvii *Medrosa* et *Paraná* appellati in unum confluunt atque amnem vulgo *San Miguel* gignunt. Hinc ad occidentalem partem, limes, memorati amnis *San Miguel* servato cursu, attingit locum in quo idem in rivum *Legía* nuncupati confluit.

Ad haec omnia perficienda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est memoratum in Columbia Nuntium Apostolicum, eidem necessarias et opportunas facultates tribuens, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ipsi imposito ad S. C. Consistorialem, cum primum fas erit, mittendi actus peractae exsecutionis authenticum exemplar.

Quibus super rebus praesens edi iussit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae ex Aedibus S. C. Consistorialis die 3 Maii 1952.

✠ Io. Ad. Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

I. Ferretto, *Adsessor*

II

FLUMINENSIS

DECRETUM

MUTATIONIS NOMINIS CURIALIS PRAELATURAE NULLIUS

Apostolicis sub plumbo Litteris « Digni sunt qui » die decima Septembris anni millesimi nongentesimi quinquagesimi primi datis, Vicariatus Apostolicus Fluminensis evectus fuit ad gradum Praelaturae « *nullius* », item *Fluminensis* appellatae. Sanctissimus Dominus Noster Pius Divina Providentia PP. XII, de consilio infrascripti Cardinalis S. Congregationis Consistorialis Secretarii, praesenti Decreto statuit ut memorata Praelatura « *nullius* » Fluminensis posthac nuncupetur « FLUMINUM », quin tamen immutetur eius vulgaris denominatio.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 10 Iunii a. 1952.

Fr. A. I. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandel., *a Secretis*

L. ✠ S.

I. Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

QUEENSTOWNEN. – UMTATAN.

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM DIOECESIUM

Quo facilius operi evangelizationis inter gentes sibi concreditas consulerent, Ordinarii Queenstownensis et Umtatanus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide petierunt, ut a dioecesi Umtatana distraherentur districtus: St. Marks, Tsomo, Nqamakwe, Butterworth, Idutywa, Kentani, Willowovale et adnecterentur ad dioecesim Queenstownensem.

Quod consilium, praehabito favorabili consensu Excmi ac Revmi D. Martini Lucas, Archiepiscopi tit. Adulitani, et Delegati Apostolici in Africa Meridionali, in Audientia diei 7 Februarii vertentis anni ab infrascripto huius Sacri Consilii Praefecto relatum, Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Papa XII omnino probavit ratumque habuit et praesens Decretum ad rem in vulgus, ut ederetur, mandavit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 7 Februarii mensis a. D. 1952.

✠ P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

II

DE RUANDA
(KABGAYIENSIS)

DECRETUM

VICARIATUS APOSTOLICUS DE RUANDA DEINCEPS « KABGAYIENSIS » APPELLABITUR.

Cum propter novi Vicariatus Apostolici Nyundoënsis, territorii partibus a Vicariatu Apostolico de Ruanda distractis, erectionem, nomen Vicariatus Apostolici de Ruanda novae rerum conditioni parum responderet, visum est ad eiusdem denominationis mutationem procedere.

Itaque Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Cardinales huius Sacri Consilii Christiano nomini propagando regimini praepositi, in iisdem Plenariis Comitiis, die IV vertentis mensis et anni habitis, in quibus novi eiusdem Vicariatus erectio deliberata est, cum rem mature perpendissent, Vicariatum Apostolicum de Ruanda deinceps Kabgayiensem, ab urbis ubi Vicariatus Apostolicus sedem habet nomine, appellandum censuerunt.

Quam Eminentissimorum Patrum sententiam, in Audientia diei XIV eiusdem mensis et anni, ab infrascripto huius Sacrae Congregationis Secretario Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habere et confirmare dignatus est praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 14 Februarii, anno Domini 1952.

✠ P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

III

DE BARH EL GHAZAL - DE KHARTUM - MALAKALEN.

DECRETUM

FINES VICARIATUS APOSTOLICI DE BARH EL GHAZAL AMPLIANTUR

Cum in Sudan territoriis parvam de Abyei regionem in Vicariatu Apostolico de Khartum, Patrum e Congregatione Filiorum S. Cordis Iesu curis concredito, item parvam regionem de Yrol in Praefectura Apostolica Malakalensi, Patribus e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill-Hill commissa, gentes incolerent origine, sermone et moribus ad tribum pertinentes, cui nomen «Denka», cumque maxima ipsius tribus pars intra Vicariatus Apostolici de Barh el Ghazal, praelaudatae Congregationi Filiorum S. Cordis Iesu pariter commissi, fines continerentur, visum est huic Sacrae Congregationi de Propaganda Fide, quo aptius evangelizationis operi consuleretur, ad novam limitum inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas definitionem procedere.

Attentis igitur enixis Excmi P. D. Eduardi Mason, Episcopi titulo Rusicadensis atque Apostolici de Barh el Ghazal Vicarii, precibus, atque favorabili tum Excmi ac Revmi Vicarii Apostolici de Khartum tum Revmi Praefecti Apostolici Malakalensis voto praehabito, haec eadem Sacra Congregatio a Vicariatu Apostolico de Khartum totam regionem de Abjei, item a Praefectura Apostolica Malakalensi totam regionem de Yrol distrahendas et Vicariatui Apostolico de Barh el Ghazal adnectendas censuit.

Quam huius S. Consilii sententiam in Audientia diei 21 Februarii vertentis anni ab infrascripto eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habere et confirmare dignatus est praesensque ad rem Decretum confici iussit.

Datum ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 21 Februarii mensis anno Domini 1952.

✠ P. Card. FUMASONI BIONDI, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

SANCTI FLORI

NULLITATIS MATRIMONII (DARDES-GONZALES)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Diego Gonzales, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Romae, Palazzo della Cancelleria) die 15 Octobris 1952 hora decima cum dimidio ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Diego Gonzales, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

P. Felici, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 6 Augusti 1952.

E. Fiore, *ff. Notarius*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Diégo Gonzales défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 15 Octobre 1952, à 10.30 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Diégo Gonzales devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 11 luglio 1952, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Dott. Prof. MASSIMILIANO HENRIQUEZ UREÑA, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica Dominicana, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

AVVISO DI CONCORSO

Nella Sacra Congregazione del Concilio è aperto un concorso per due posti di Aiutante di studio per l'Ufficio Amministrativo.

Vi potranno prender parte i Sacerdoti di età non superiore ai trentacinque anni, che siano forniti di licenza in teologia e di laurea in diritto canonico e siano in possesso di una lingua moderna, oltre l'italiano, e dell'esercizio in dattilografia, e che non più tardi del giorno dieci del prossimo ottobre abbiano presentata nella Segreteria della stessa Sacra Congregazione la domanda, corredata dal *nulla osta* del proprio Ordinario diocesano e del Vicariato di Roma, insieme ai documenti comprovanti gli studi compiuti, i gradi accademici conseguiti e gli altri titoli.

Il concorso sarà per titoli e per esame scritto di scienza.

L'esame scritto avrà luogo nei locali della medesima Segreteria il giorno ventidue del predetto mese di ottobre, alle ore nove, e consisterà nello svolgimento di un tema in latino ed in italiano su materia amministrativa di competenza della medesima Sacra Congregazione.

Roma, 11 agosto 1952.

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 8 luglio 1952, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso:

a) sulla Introduzione di Causa delle Serve di Dio:

1. Maria Teresa di Gesù Gergardinger, fondatrice della Congregazione delle Povere Suore Scolastiche di Nostra Signora.

2. Raffaela Ybarra, vedova de Vilallonga, fondatrice dell'Istituto delle Suore degli Angeli Custodi.

b) della relazione sugli scritti dei Servi di Dio Dionisio Pamplona e Compagni dell'Ordine dei Chierici Regolari Poveri della Madre di Dio delle Scuole Pie.

Martedì, 22 luglio 1952, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria*, nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso:

I. Sul *Non Culto* dei Servi di Dio: Michele Agostino Pro, sacerdote professo della Compagnia di Gesù, ucciso nel Messico in odio alla fede; Francesco Spinelli, sacerdote, fondatore dell'Istituto delle Adoratrici del S. Sacramento; Anna Maria Adorni, fondatrice della Congregazione delle Serve di Maria Immacolata e dell'Istituto del Buon Pastore di Parma; Antonia Maria della Misericordia, fondatrice delle Oblate del Ssmo Redentore.

II. Sulla relazione dei Revisori teologi sopra gli scritti dei Servi di Dio: Giuseppe Gerard, sacerdote della Congregazione degli Oblati di Maria Immacolata; Mariano Avellana, sacerdote della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria; Antonio Basilio Maria Moreau, sacerdote, fondatore della Congregazione di Santa Croce; Giovanni Leone Le Prevost, sacerdote, fondatore della Congregazione dei Fratelli di S. Vincenzo de' Paoli; Aristide Leonori, terziario francescano; Janet Erskine Stuart, della Società del S. Cuore; Maria Francesca di Gesù (Anna Rubatto), fondatrice delle Suore terziarie Cappuccine di Loano; Maria Potter, fondatrice della Piccola Compagnia di Maria; Giovanna di Gesù, del 3° Ordine di S. Domenico; Maria Teresa Ledochowska, fondatrice del Sodalizio di S. Pietro Claver; Angela della Croce, fondatrice della Congregazione delle Suore della Croce.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 luglio 1952. L'Illmo e Revmo Monsig. Miceli Giovanni e il Revmo Padre Schönneger, della Compagnia di Gesù, *Consultori della Sacra Congregazione per la Disciplina dei Sacramenti.*

20 » » Il Revmo Padre O' Connel Daniele, della Compagnia di Gesù, *Direttore della Specola Vaticana.*

21 » » Il Revmo Padre Schaaf, O. S. B., *Consultore della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

4 agosto » L'Illmo e Revmo Monsig. Graneris Giuseppe, *Promotore di Giustizia nella Sacra Congregazione del Sant'Offizio.*

An. et vol. XXXXIV 6 Septembris 1952 (Ser. II, v. XIX) - N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PARAIBENSIS
(NATALENSIS)

EX ECCLESIASTICA PROVINCIA PARAIBENSI IN BRASILIA, DISMEMBRATA, NOVA PROVINCIA, NATALENSIS NOMINE ERIGITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Arduum onus atque officium a Christo Domino Nostrae curae studioque commissum, gregi dominico consulendi, prae ceteris a Nobis postulat ut Ecclesiarum omnium, quae longe lateque per universum terrarum orbem diffusae sunt, moderationi atque administrationi summa sollicitudine prospiciamus, ut temporum necessitatibus opportune respondeant et ut christiana res maiora in dies incrementa suscipiat. Quam ob rem, cum in Brasiliana Republica sit amplissima ecclesiastica Provincia, Paraibensis nomine, quam quinque dioceses, Natalensis, Cajazeirasensis, Mossorensis, Caicoënsis et Campinensis Grandis, costituunt atque efficiunt, preces huius rei causa ad Nos admotas a venerabili Fratre Marcolino de Souza Dantas, Natalensi Episcopo, libentissime ammisimus, qui, de consensu Ordinariorum earum Dioecesium, quas supra memoravimus, enixe a Nobis postulavit ut ex dismembrata Paraibensi Provincia, quae adhuc duplicem complectitur Reipublicae Statum, « Parahyba » scilicet et « Rio Grande do Norte », nova institueretur Pro-

vincia, iisdem finibus ac Status « Rio Grande do Norte » circumsaepta, ne civiles eius limites nimis ab ecclesiasticis discreparent. Consilio igitur audito venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Consistorialibus Negotiis praepositorum et acceptis precibus illius regionis Ordinariorum, quorum res interest, nec non de sententia venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titulo Amideni et in Brasiliana Reipublica Nuntii Apostolici, suppleto, quatenus opus sit, aliorum quorum interest vel qui sua interesse praesumant consensu, re diligenter perpensa, apostolicae Nostrae auctoritatis plenitudine, ea quae sequuntur statuimus ac iubemus: 1°) Episcopales Sedes Natalensem, Mossorensem et Caicoënsem a Paraibensi Provincia eccelsiastica, in cuius dicione usque ad hodiernum diem fuerunt, seiungimus et earum Ordinarios ex Archiepiscopi pro tempore Paraibensis metropolitico iure exsolvimus. 2°) Novam ex illis Dioecesibus ecclesiasticam Provinciam constituimus, Natalensem exinde appellandam, cuius episcopalem sedem ad gradum et dignitatem Ecclesiae archiepiscopalis metropolitanae evehimus.. Cui suffraganeae erunt Mossorensis et Caicoënsis Dioeceses, quarum igitur Ordinarios Archiepiscopi pro tempore Natalensis metropolitico iuri subicimus. Ad novam autem hanc metropolitanam Ecclesiam iura et onera spectabunt quae ceterarum huius modi Ecclesiarum propria sunt. Cuius pro tempore Praesulibus, in praesens vero venerabili Fratri Marcolini de Souza Dantas, nunc eam regenti, quem hisce ipsis Litteris ad Archiepiscopalem dignitatem erigimus, hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes, quae iure communi ceteris Metropolitis competunt, in primis Crucem intra suae Provinciae ecclesiasticae fines ante se gerendi et sacro Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen hoc in sacro Consistorio postulatum obtentumque fuerit. 3°) Capitulum insuper Natalense ad eundem gradum, titulum et honorem evehimus, quibus cetera Metropolitana Canonicorum Collegia gaudent, cum omnibus iuribus, privilegiis ad illa pertinentibus. 4°) Fines huius erectae Provinciae ecclesiasticae Natalensis iidem erunt quibus episcopales Sedes Natalensis, Mossorensis et Caicoënsis hucusque circumscriptae sunt. Ad haec omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda Nuntium Apostolicum in Brasiliana Republica deligimus vel eum qui in actu exsequendo eidem Nuntiaturae praeerit: illi necessarias opportunasque tribuims facultates etiam ad hoc subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eique onus imponimus ad S. Congregationem Consistorialem verum peractae exsecutionis actorum exemplar, cum primum fas erit, transmittendi. Has autem Litteras firmas, validas et efficaces nunc

et in posterum esse, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos res spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum atque inane esse et fore volumus ac decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, normis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Decessorum Nostrorum, praescriptis, ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus hisce Litteris derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius publici notarii subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus habeatur fides, quae hisce ipsis haberetur ostensis. Nemini vero hanc paginam dismembrationis, constitutionis, evectionis, subiectionis, concessionis, statuti, mandati, delegationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

Fr. A. I. Card PIAZZA
S. C. Concistorialis a Secretis

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap. vol. LXXXIII, n. 78.

II

LINENSIS
(MARILIENSIS)

A DIOECESI LINENSI, IN BRASILIANA REPUBLICA, TERRITORII PARS SEIUNGITUR, EX QUA NOVA ERIGITUR DIOECESIS « MARILIENSIS », METROPOLITANAE ECCLESIAE S. PAULI IN BRASILIA SUFFRAGANEA.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad Episcoporum munus facilius utiliusque reddendum prodest aliquando, cum ob temporum et locorum adiuncta opportunum videtur, nimis amplas dioeceses in partes dividere et ex eis novas constituere, aliorum Pastorum regimini committendas. Quod modo efficiendum putamus ad dioecesim quod pertinet Linensem, in Brasilia, quae ceterum, ob interfluens *Aguapey* flumen, in duas veluti partes ipsa locorum natura dispertitur. De consilio itaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, deque sententia venerabilis Fratris Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titulo Amideni et in Brasiliana Republica Nuntii Apostolici, preces libenter admittentes a venerabili Fratre Henrico Gelain, Episcopo Linensi, huic Sanctae Sedi adhibitas, ac suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, re mature perpensa, novam in regione illa erigere dioecesim statuimus. Quapropter apostolicae potestatis plenitudine a dioecesi Linensi territorii partem seiungimus quae ad meridiem spectat quamque flumen *Aguapey* a superiore dividit, atque ex hac distracta parte novam erigimus dioecesim, a *Marilia* urbe « *Mariliensem* » appellandam. Huius dioecesis fines attingent: ad septentrionem, dioecesim Linensem, a fluminibus *Aguapey Tibirica* ac *Podua Sales* circumscriptam; ad orientem et meridiem, dioeceses Botucatensem et Assisensem; ad occidentem, dioecesim Corumbensem, a flumine *Parana* definitam. Dioecesim ipsam metropolitanae Ecclesiae S. Pauli in Brasilia suffraganeam facimus et eius propterea Episcopos metropolitico iuri Archiepiscopi S. Pauli in Brasilia subiectos volumus. Novae autem dioecesis Mariliensis episcopalem sedem in urbe *Marilia*, a qua dioecesis ipsa nomen mutuatur, statuimus, quam idcirco ad civitatis episcopalis fastigium extollimus. Episcopi vero cathedram in templo, Deo in honorem

S. Benedicti Abbatis dicato, in eadem urbe exstante, collocamus, quod ad templi cathedralis gradum et dignitatem evehimus; ad quod igitur iura et onera spectabunt, quae ceterarum aedium cathedralium sunt propria. Eius vero pro tempore Praesulibus hinc iura ommia, privilegia et insignia competent, hinc onera et obligationes, quae ceteris Episcopis iure communi competunt. Praeterea maiori Ecclesiae Mariliensis decori et utilitati consulere cupientes, in ea instituendum volumus cathedrale Canonicorum Capitulum, iuxta normas aliis Nostris sub plumbo Litteris edendas. Quamdiu vero dioecesis Canonicorum Capitulo carebit, indulgemus ut eorum loco Consultores dioecesani ad tramitem can. 423 Codicis Iuris Canonici, eligantur ed adhibeantur. Episcopalem mensam constituent Curiae emolumenta et oblationes, quae fideles ad hunc finem praebere solent. Volumus insuper ut quam primum saltem parvum Seminarium iuxta sacros canones et normas a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas erigatur, ex quo electi iuvenes ad Pontificium Collegium Pianum Brasilianum in Urbem mittantur, qui sub oculis fere Romani Pontificis in spem Ecclesiae instituantur. Quod vero ad Mariliensis dioecesis regimen et administrationem, ad Vicarii Capitularis seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera aliaque huiusmodi, quae sacri canones praescribunt, adamussim servanda iubemus. De clero autem praecipue statuimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad exsecutionem demandatae fuerint, eo ipso clerici dioecesi illi censeantur ascripti in cuius territorio legitime degunt. Volumus denique ut omnia documenta et acta, quae novam dioecesim eiusque clericos, fideles ac bona temporalia respiciunt, a Curia Linensi quam primum ad Mariliensem transmittantur, in eius tabulario diligenter servanda. Ad quae omnia, ut supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda venerabilem Fratrem Nuntium Apostolicum in Brasiliana Republica vel eum qui in exsecutionis actu Nuntiaturae praeerit delegamus et ipsi necessarias et opportunas ad id facultates concedimus etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eidemque onus facimus authenticum peractae exsecutionis actorum exemplum ad S. Congregationem Consistorialem quamprimum transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere et, si secus super his a quovis, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus, contrariis quibuslibet non obstantibus, quibus omnibus derogamus. Harum

porro Litterarum exemplis, vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem quae hisce ipsis haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam seiunctionis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri anno tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 54.

III

BELEMENSIS DE PARÁ ET ALIARUM (MANAËNSIS)

A PROVINCIA ECCLESIASTICA BELEMENSI DE PARÀ SEIUNGUNTUR EPISCOPALIS SEDES AMAZONENSIS ET PRAELATURAE NULLIUS DE RIO BRANCO, FLUMINIS NIGRI, IURUENSIS, LABREANA, PORTUS VETERIS, S. PEREGRINI LAZIOSI IN SUPERIORIBUS ACRE ET PURÚS, SOLIMÕES SUPERIORIS, TEFENSIS, ATQUE EX HISCE EPISCOPALI SEDE AC PRAELATURIS NOVA CONSTITUITUR ECCLESIASTICA PROVINCIA MANAËNSIS APPELLANDA, CUIUS METROPOLITANA SEDES ERIT SEDES AMAZONENSIS, QUAE MANAËNSIS POSTHAC NUNCUPABITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ob illud, quod divinitus accepimus, mandatum regendi omnes, quotquot in terrarum orbe sunt, Ecclesias, praecipua diligentia prospicimus, ut earum ordinatio et administratio pro rerum temporumque necessitatibus ita disponantur, ut ad religiosam christifidelium utilitatem

eae magis magisque conferant. Cum itaque novae provinciae ecclesiasticae erectio in latissima Amazonensi regione, in Brasiliana Republica, christianae religionis incremento valde profutura videatur, venerabilis Frater Carolus Chiarlo, Archiepiscopus titulo Amidenus et in Brasiliana Republica Nuntius Apostolicus, a Nobis petiit ut ad erectionem illam, ad quam obtinendam pluries iam pridem Sanctae Sedi admotae fuerant preces, modo deveniremus. Quas preces Nos libenter admittentes de consilio venerabilium Fratrum Notrorum S. R. E. Cardinalium, Negotiis Consistorialibus praepositorum, deque sententia illius regionis Ordinariorum, quorum res interest, suppleto, quatenus opus sit, aliorum quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, re mature considerata, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ea quae sequuntur statuimus ac decernimus:

I. A provincia ecclesiastica Belemensi de Parà, ad quam hucusque pertinebant, separamus sedem episcopalem Amazonensem et Praelaturas « nullius » de Rio Branco, Fluminis Nigri, Iuruensem, Labreanam, Portus Veteris, S. Peregrini Laziosi in Superioribus Acre et Purùs, Solimões Superioris, Tefensem; quarum igitur Ordinarios a metropolitico iure Archiepiscopi pro tempore Belemensi de Parà eximimus.

II. Episcopalem sedem Amazonensem deinceps *Manaënsem* nuncupari volumus.

III. Ex hac Cathedrali Ecclesia et ex Praelaturis « nullius » quas memoravimus novam erigimus provinciam ecclesiasticam, *Manaënsem* appellandam, cuius metropolitana sedes erit Manaënsis, quam propterea ad metropolitanae Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus. Huic metropolitanae Ecclesiae suffraganeae erunt Praelaturae « nullius » de Rio Branco, Fluminis Nigri, Iuruensis, Labreana, Portus Veteris, S. Peregrini Laziosi in Superioribus Acre et Purùs, Solimões Superioris, Tefensis, quarum igitur Ordinarios metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore Manaënsis subicimus.

Ad novam autem hanc metropolitanam Ecclesiam iura et onera spectabunt quae ceterarum huismodi Ecclesiarum sunt propria. Eius autem pro tempore Praesulibus, et in praesens venerabili Fratri Alberto Gaudentio Ramos, qui modo Ecclesiam illam regit quemque, e metropolitico iure Archiepiscopi Belemensis de Parà, ut iam diximus, exemptum, Archiepiscopum Manaënsem hisce ipsis Litteris constituimus, hinc iura, privilegia et potestates competent, hinc onera et obligationes quae iure communi ceteris Metropolitis competunt: peculiariter vero Crucem intra suae Provinciae Ecclesiasticae limites ante se deferendi et sacro Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen hoc in

sacro Consistorio postulatum et obtentum fuerit. Fines nuper erectae Provinciae Ecclesiasticae Manaënsis iidem erunt quibus episcopalis sedes et Praelaturae, quibus ipsa efformata est, hucusque circumscribuntur. Ad haec omnia, uti supra disposita et constituta, exsecutioni mandanda Nuntium Apostolicum in Brasiliana Republica deligimus, vel eum qui in exsecutionis actu eidem Nuntiaturae praeerit, ipsique necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, eique onus imponimus ad S. Congregationem Consistorialem verum peractae exsecutionis actorum exemplum, cum primum fas erit, transmittendi. Praesentes autem Litteras firmas, validas et efficaces esse et fore, suosque plenos et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, ac, si secus super his a quolibet, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, id prorsus irritum et inane esse et fore volumus ac decernimus, non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Decessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum exemplis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis eadem prorsus habeatur fides, quae hisce ipsis haberetur ostensis. Nemini vero hanc paginam dismembrationis, mutationis, constitutionis, evectionis, subiectionis, concessionis, statuti, mandati, delegationis et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die sextodecimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri tertio decimo.

Pro S. R. E. Cancellario

E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

Fr. A. I. Card. PIAZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

A. Carinci, Archiep. tit. Seleuc., *Decanus Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 74.

IV

LAGOSENSIS
(IBADANENSIS)

E PARTE TERRITORII ARCHIDIOECESIS LAGOSENSIS NOVA ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA IBADANENSIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Sedes, cuius antiquissimae curae sunt christianae rei ubivis gentium incrementum atque progressus, minime umquam moratur circumscriptionum ecclesiasticarum magis magisque ordinationem explicare, vixdum per rerum adiuncta id expedire videtur. Quod Nos in praesens efficere cogitamus ad quamdam Nigeriae regionem quod attinet, ubi christianum nomen florere in dies magis summo cum animi Nostri solacio videmus. Scilicet, de consulto venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Consilio Fidei Propagandae praepositorum, deque sententia cum venerabilis Fratris Davidis Mathew, Archiepiscopi titulo Apameni in Bithynia, eiusdemque in Africa Orientali et Occidentali Britannica Apostolici Delegati, tum venerabilis Fratris Leonis Taylor, Archiepiscopi Lagosensis, ea quae sequuntur statuimus. Ab archidioecesi Lagosensi territorium distrahentes, quod totum civilem districtum de Ibadan et partem civilis districtus de Oshogbo usque ad flumen « Shasha » complectitur, novam ex his efformamus atque erigimus Praefecturam Apostolicam, quae ab urbe regionis principe Ibadanensis appellabitur. Huic vero novae Praefecturae, quam, ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum, excolendam concredimus Societati Missionum ad Afros, in Lagosensi archidioecesi iam feliciter operam navanti, iura et privilegia tribuimus, quae Praefecturis Apostolicis communiter competunt. Item ad eius pro tempore Praesules hinc iura, honores et potestates spectabunt hinc onera et obligationes, quae ad Praefectos Apostolicos iure communi spectant. Quae omnia uti supra disposita atque constituta, rata ac valida esse volumus ac iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum autem Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis habe-

retur ostensis. Nemini vero hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, commissionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem id attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die decimo tertio mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
Sacri Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXXIII, n. 61.

V

LIBERAE URBIS ET BOËNSIS (MAKENENSIS)

DIOECESIS LIBERAE URBIS ET BOËNSIS DISMEMBRATUR ET NOVA EXINDE ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA « MAKENENSIS ».

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christiani populi commodum, qui in amplissimo versetur territorio ac praeclarum in modum in religione colenda profecerit, quandoque postulat ut eius regimini opportunius consulamus territorium bipartientes, cuius singula circumscriptio singulo concredatur gubernanda Pastori.

Libenti itaque animo, sententiam secuti venerabilis Fratris Nostri S. R. E. Cardinalis S. Congregationis Propagandae Fidei Praefecti, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant, consensu, certa scientia ac de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, ea quae, sequuntur statuimus. A dioecesi Liberae Urbis et Boënsi, in territorio Sierrae Leonis in Africa Occidentali Britannica, ubi christianum nomen sese late explicavit, totam provinciam civilem

septentrionalem distrahimus et novam exinde constituimus atque erigimus Praefecturam Apostolicam, quae a Makeni eiusdem regionis urbe in qua Ordinarius sedem suam collocabit, « Makenensis » appellabitur.

Huic vero novae Praefecturae, quam, ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum, excolendam concredimus Piae Societati a Sancto Francisco Xaverio pro exteris missionibus, ibi iam feliciter operam navanti, iura et privilegia tribuimus, quae Praefecturis Apostolicis communiter competunt. Item ad eius pro tempore Praesules hinc iura, honores et potestates spectabunt hinc onera et obligationes, quae ad Praefectos Apostolicos iure communi spectant.

Quae omnia, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eandem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce ipsis haberetur ostensis. Nemini autem hanc paginam voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis autem id attentare ausu temerario praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, die tertio mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto decimo.

Pro S. R. E. Cancellario
E. Card. TISSERANT
S. Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praefectus

Franciscus Hannibal Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap. vol. LXXXIII, n. 82.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

BEATA MARIA V. IN CAELUM ASSUMPTA PAROECIAE ET PAGI SANCTI BERNARDI, ARCHIDIOECESIS BOGOTENSIS IN COLUMBIA, PRAECIPUA PATRONA CAELESTIS CONSTITUITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Aptiorem viam salutis homines, in huius vitae discrimine versantes, non expediunt quam Almam Deiparam Mariam filiorum in modum excolendo. Hoc sentiunt, quemadmodum accepimus, curiati cives pagi Sancti Bernardi, intra fines Archidioecesis Bogotensis in Columbia, qui Dei Genetricem ad caelestem gloriam Assumptam religiosis praecipuisque venerantur obsequiis. Quapropter Venerabilis Frater Chrysanthus Luque, eiusdem Sedis Praesul, preces Nobis adhibuit ut Beatam Mariam Virginem Caelo receptam illius loci Patronam renuntiare dignaremur. Quae vota pro Nostro studio, quantum in Domino possumus, eiusmodi cultus adaugendi et propagandi libenti animo statuimus explere. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem in Caelum Assumptam praecipuam paroeciae et pagi Sancti Bernardi, intra fines Archidioecesis Bogotensis in Columbia, Caelestem apud Deum *Patronam* constituimus et declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectat, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; ir-

ritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Octobris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

II

ECCLESIA PAROECIALIS DEO IN HONOREM S. TERESIAE, VIRGINIS, IN ALMA URBE CONSECRATA, HONORIBUS AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AFFICITUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae praecipua sedes religionis Christianae est ac supremi honoris pastoralis caput, Almam Romam decuit pietate quoque Carmelitica excellere. Hac quidem factum est ut in ea Urbis regione in qua cultissimi olim luxuriaverant horti Sallustiani et Sancti Martyres Cyriacus, Largus et Smaragdus sanguine profuso gloriosam tulerant palmam, egregium surgeret Templum curiale Sanctae Teresiae, Ordinis Carmelitarum luminis praeclari et alterius prope auctoris. Ampla aedificii moles fronte est conspicua et insignis, in qua genus « Romanicum-Longobardum » omnibus numeris videtur perfectum atque absolutum. Latericium, ornamentis e lapide Tiburtino distinctum, gravem quandam praefert pulchritudinem. Altaria, in Aede tripertita posita atque principalibus Sanctis Caelitibus e religiosa familia, quam diximus, dicata, cum sint affabre et ad artis rationem constructa ac marmore candido renideant, non parum Templo afferunt decoris. In quo praeterea, utpote Ecclesia principe Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, eiusdem praesides, paroeciae administri, sodales divinis studiis operam dantes, sacra munera ita exsequuntur ut nihil videatur desiderandum quod ad domus Dei dignitatem rituumque splendorem. Tertius quoque Ordo Carmelitarum ex Italia atque ex universo orbe Catholico Confraternitas Carmelites et, quae a Iesu Infante Pragensi nuncupatur, sedem maximam ibi habent constitutam. Caelestis insuper Patrona sacrarum expeditionum religionis finibus propagandis, Sancta

Teresia a Iesu Infante quasi domestica pietate in Aede illa magnopere excolitur. Ac, quod non parvae laudi ducendum est, tenet alacritas studiumque rerum divinarum curiatos, qui Templum perfrequentes consueverunt adire, et inter quos munera superna, praesertim caeleste pabulum, ubertim dispensantur. Quoniam vero ad tantam huius Templi commendationem accedit ut quinquagesimus nunc revolvatur annus a quo lapis auspicalis positus fuit, preces ad Nos delatae sunt ut illud Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quae vota, Venerabilis Fratris Nostri Adeodati Ioannis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Piazza, Episcopi Sabinensis et Mandelensis, eiusdemque Ordinis Protectoris, amplissimo suffragio confirmata, pro Nostra in Carmelitarum familiam voluntate, benigne statuimus explere. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno ac Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroeciale Templum Deo in honorem Sanctae Teresiae, Virginis, in Alma Urbe consecratum, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* afficimus ac decoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Ecclesiis hoc honore insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Octobris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

III

BEATA MARIA V. « DE MONTE CARMELO » PRAECIPUA CAELESTIS PATRONA CONSTITUITUR OPPIDI ET PAROECIAE VULGO « PURCHENA » NUNCUPATAE, INTER FINES ALMERIENSIS DIOECESIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Hispanorum erga Deiparam Virginem Mariam pietas multifariam multisque modis per saecula patefacta est eademque fervens, aestuans, actuosa fuit. Peculiarem sane locum illa tenet religio quae Mariam Virginem sub invocatione « Decor Carmeli » seu « de Monte Carmelo » praecipue colit, tum quia antiquissima, tum praesertim, permultis confirmantibus Diplomatibus Pontificiis, ob specialissima pro animabus igne purgatorio expiandis ab Ipsa promissa privilegia. Exstat quidem in Hispania, intra Almeriensis dioecesis fines, pagus quidam, « Purchena » vulgo nuncupatus, in quo cives in Deiparam Virginem de Monte Carmelo ab antiquis iam temporibus maximum ostenderunt obsequium hodieque ostendunt, adeo ut Eam in privatis publicisque necessitatibus atque in rebus adversis habuerint Patronam. Ut vero tanta fidelium Marialis pietas Apostolico beneplacito atque praemio coronetur, Venerabilis Frater Alfonsus Ródenas Garcia, Episcopus Almeriensis, enixa Cleri, Optimatum omniumque memorati oppidi civium vota depromens, a Nobis expostulavit ut Beatam Virginem Mariam Carmelitidem oppidi « Purchena » caelestem Patronam benigne confirmare et renuntiare dignaremur. Nos autem, qui ob peculiarem Nostram in Virginem Carmelitidem, cuius Sacrum Scapulare a puero gessimus, observantiam permulta edidimus, septimo ab institutione Sacri huius Insignis vertente saeculo, documenta, huiusmodi preces excipere libentissime statuimus. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno atque Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam « de Monte Carmelo » praecipuam paroeciae, vulgo « Purchena » nuncupatae et intra Almeriensis dioeceseos fines positae, apud Deum *Patronam* confirmamus seu declaramus et constituimus, omnibus et singulis honoribus et privilegiis liturgicis adiectis, quae locorum Pa-

tronis rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum ex Arce Gandulphi sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Octobris, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

IV

SANCTA BARBARA, V, ET M., IN PRAECIPUAM PATRONAM CAELESTEM ELIGITUR PRO ITALIS MILITIBUS PYROBALLISTARIIS, NAUTIS, MACHINARIIS ET EXTINGUENDIS INCENDIIS ADDICTIS.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Consueverant Romani Pontifices, ad fovendam pietatem et pericula arcenda, quibusdam ordinibus apud Deum Patronos constituere, quorum praesidio fideles uterentur et a quibus ducerent exemplum. Haud raro tamen accidit ut iidem antea, superno quodam acti afflatu, caelestes Patronos sponte sibi eligerent, quos postea suprema confirmavit Potestas. Nec aliter evenit in Virgine illa Nicomediensi, Barbara, cuius « passio » a pristinis Ecclesiae temporibus fidelium mentes, cum in Oriente tum in Occidente, adeo commovit, ut Ea et mirabilis animi fortitudinis exemplum et signum haberetur Christianae victoriae. Quae quidem, prout pia eaque vetus ferebat opinio, cum in turri, e caelo repente fulmine concussa, esset inclusa, gloriosum subiit martyrium. Hoc mortis genere insignem milites pyroballistarii haud perperam Patronam sibi adoptaverunt. In Alma quoque Urbe milites ipsi Sancti Angeli Arci tutandae praepositi in validam Sanctae Barbarae tutelám se commiserunt, atque, nonnullis spiritualibus muneribus et privilegiis

a Romanis Pontificibus sibi impertitis, ad Altare eidem Martyri in proxima Ecclesia Sanctae Mariae in Transpontina dicatum, Sacra facienda naviter curaverunt. Probati insuper historici ecclesiastici Sanctam Barbaram iam inde ab anno MDXXIX a militibus tormentis bellicis addictis Patronam electam esse affirmant, ac postea similiter a militibus machinariis, a nautis nec non a militibus incendiis extinguendis praepositis. Quibus omnibus mature perpensis, Venerabili Fratri Carolo Alberto Ferrero a Cavallerleone, Archiepiscopo titulo Trapezuntino atque Ordinario Militari pro Italia, enixa memoratorum militum vota excipere aequum visum est Nobisque depromere, ut eandem Martyrem ipsorum Patronam Caelestem supremo Nostro oraculo benigne confirmare dignaremur. Nos vero, Decessorum Nostrorum vestigia prementes, ne tanta et tam diuturna militum, quos memoravimus, pietas congruenti careret praemio, quin magis magisque, non sine spirituali animarum emolumento, augeretur, huiusmodi precibus libenti annuendum animo censuimus. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Clemente Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Micara, Episcopo Veliterno atque Sacrae Rituum Congregationis Pro-Praefecto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctam Barbaram Nicomediensem, Virginem et Martyrem, Italorum militum, sive pyroballistariorum et nautarum, sive machinariorum et incendiis extinguendis addictorum, praecipuam apud Deum *Patronam* declaramus, facimus, confirmamus, omnibus et singulis liturgicis privilegiis atque honoribus adiectis, quae praecipuis coetuum Patronis caelestibus rite competunt. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Decembris, in festo Sanctae Barbarae, anno MCMLI, Pontificatus Nostri tertio decimo.

De speciali mandato Sanctissimi
Pro Domino Cardinali a publicis Ecclesiae negotiis

GILDO BRUGNOLA
Officium Regens
Pontificiis Diplomatibus expediendis

EPISTULAE

I

AD EM̃UM P. D. THEODORUM TIT. SANCTI CHRYSOGONI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM INNITZER, ARCHIEPISCOPUM VINDOBONENSEM, QUINQUAGESIMUM A SUSCEPTO SACERDOTIO ANNUM FAUSTE CELEBRATURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Optimo sane iure probos istos fideles, praeeunte quidem clero, consilium suscepisse novimus, ut, tibi feliciter exeunte quinquagesimo a suscepto sacerdotio anno, fervidis obsequii laetitiaeque significationibus sacram eiusmodi faustitatem concelebrent. Illud profecto excelsum munus, quod tibi cum presbyteratus ordine divinitus conlatum est, peculiari in Deum pietate atque singulari erga proximos caritate incensus, ipse per diuturnam hanc annorum seriem actuose iugiterque sustinuisti. Sacerdotio enim initiatus, gravia officia in ipso aetatis flore tibi concredita magna cura obiisti, praesertim professorem ordinarium et etiam rectorem magnificum in Facultate theologica Universitatis Viennensis agendo, rectoris quoque munus in Collegio Sancti Thomae atque in ecclesia a Sacro Corde adimplendo. Studia praeterea peculiaria atque explorationes in regione Palaestinensi fecisti, Austriacae Domui ad pias peregrinationes in Loca Sancta fovendas moderatus es, et consociationem pro sacris missionibus, cui titulus « Regina Apostolorum », condidisti. Eruditionem quoque tuam studiumque animarum testantur quum varia scripta de re theologica edita, tum Evangeliorum commentarii. Postquam vero, viginti adhinc annos, Metropolita Vindobonensis renuntiatus es atque Romana purpura exornatus, signaculum illud, in stemmate tuo impressum, « in caritate servire », in eminentiore quidem et latiore campo refulsit. Praecipuas enim tuas sollicitudines ad tenuiores panperesque et ceteros miseros sublevandos nullo non tempore tribuisti, ita ut fideles isti arctissimis amoris gratique animi vinculis tibi devinxeris. Post atrocissimum denique bellum, peculiari tibi ducitur laudi, ad sananda infandorum armorum vulnera temet totum incubuisse; cuius sollertiae egregia exstant documenta plures sacrae aedes sollicite redintegratae, in primisque cathedrale templum, alacri opere ac splendida arte restauratum. Quas itaque inter ceteras laudes iucunda memo-

rantes recordatione, tibi, Dilecte Fili Noster, de sacro pastoralique ministerio tam diu utiliterque gesto ex animo gratulamur, a Deo impensa prece exorantes, ut supernis donis te augere et commissi gregis incremento ad seros usque annos servare benigne velit. Quo interea festus dies christiano populo salutarior evadat, tibi ultro facultatem largimur, ut, Sacro pontificali ritu peracto, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Divinarum autem gratiarum conciliatrix et nuntia, peculiarisque Nostrae caritatis testis esto Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, tuo Episcopo Coadiutori, itemque clero et fidelibus, tuae vigilantiae demandatis, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XXIX Iunii, in festo Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, anno MDCCCCLII. Pontificatus Nostri quarto decimo.

PIUS PP. XII

II

AD EGREGIUM VIRUM CAROLUM FLORY, PRAESIDEM COETUS CONVENTIBUS CATHOLICORUM « SEMAINES SOCIALES » IN GALLIA APPARANDIS.

Dans la tradition des grands thèmes économiques et sociaux de vos assises annuelles, la 39e Semaine Sociale, qui se tiendra prochainement à Dijon, se propose d'aborder l'un des problèmes qui conditionnent sans nul doute aujourd'hui la paix sociale et internationale. « Richesse et misère » : ce contraste, intolérable à la conscience chrétienne, vous a heurté au spectacle du monde contemporain, et vous y chercherez remède dans l'accroissement et la meilleure répartition du revenu national.

La question n'est pas nouvelle. Déjà Notre Prédécesseur immédiat, reprenant l'enseignement de Léon XIII, écrivait en 1931 : « Il importe d'attribuer à chacun ce qui lui revient et de ramener aux normes du bien commun ou de la justice sociale la distribution des ressources de ce monde, dont le flagrant contraste entre une poignée de riches et une multitude d'indigents atteste de nos jours, aux yeux de l'homme de coeur, les graves dérèglements ».[1] Et Pie XI d'inviter les responsables à « tout mettre en œuvre » afin que les richesses créées en si grande abondance à notre époque d'industrialisme soient plus équitablement réparties. On est

[1] Encyclique *Quadragesimo Anno*, *A. A. S.* XXIII 1931 - p. 197.

certes heureux de reconnaître que, depuis quelques décades, grâce à des efforts persévérants et aux progrès de la législation sociale, la différence des conditions s'est assez généralement réduite et parfois dans des proportions notables. Mais cependant ce problème a pris, à la suite de la guerre, une acuité nouvelle : il se pose désormais à l'échelle mondiale, où les oppositions sont encore saisissantes, et il s'aggrave des désirs nouveaux qu'éveille au cœur des masses un sens plus vif des inégalités de condition entre les peuples, entre les classes, jusqu'entre les membres d'une même classe. Aussi bien, Nous-même avons, en plusieurs circonstances récentes,[2] déploré l'accroissement intolérable des dépenses de luxe, des dépenses superflues et déraisonnables, qui contrastent durement avec la misère d'un grand nombre, soit dans les rangs du prolétariat des villes et des campagnes, soit parmi la foule des petites gens qu'on qualifie d'économiquement faibles. « Ce à quoi vous pouvez et devez tendre », aujourd'hui comme hier, « c'est à une plus juste distribution de la richesse. Elle est et reste un point du programme de la doctrine sociale catholique ».[3]

On ne saurait donc qu'encourager la Semaine Sociale de Dijon à se pencher avec réalisme sur un si grave problème et à en étudier, sur les plans économique et social, national et international, les solutions possibles et prudentes à la lumière de la doctrine de l'Eglise. Elle le fera, dans cette ville universitaire d'antique renom, grâce au concours de maîtres expérimentés, et elle ne manquera pas de trouver auprès du pasteur du diocèse qui l'accueille un conseil averti.

En abordant ce thème de la richesse et de la misère, pourrait-on d'ailleurs ne pas avoir présentes à l'esprit les imprescriptibles leçons de l'Ecriture à l'égard de ceux qui possèdent ici-bas des ressources et sont si facilement tentés de s'y complaire et d'en abuser? Tout l'évangile invite au détachement comme condition de salut, et le disciple de Jésus y apprend à considérer les biens de ce monde comme orientés à la vie de l'esprit et à une perfection plus haute; il n'est pas de pire misère pour l'homme que de mettre ses espoirs dans la possession de ces trésors périssables : « Qu'il est difficile à ceux qui ont des richesses de pénétrer dans le Royaume de Dieu!... Heureux, vous qui êtes pauvres, car le Royaume de Dieu est à vous... mais malheur à vous, riches, car vous avez votre consolation! ».[4] Que dire alors des riches oppresseurs contre lesquels St. Jacques fulmine ses solennelles imprécations : « Voici que crie contre vous le salaire dont vous avez frustré les ouvriers

[2] Cfr. Discours du 2 Novembre 1950 et du 8 mars 1952.

[3] Discours du 7 Septembre 1947 aux hommes de l'Action Catholique italienne.

[4] Luc., 18, 24 et 6, 20 et 24.

qui ont fauché vos champs, et les cris de ces moissonneurs sont parvenus aux oreilles du Seigneur des Armées ».[5]

Un tel enseignement évangélique élève singulièrement le débat. Quel que soit l'objet propre de sa réflexion, le penseur catholique est établi dans une souveraine liberté spirituelle par rapport aux prestiges de la richesse, tant celle qu'on détient que celle qu'on envie. Il professe l'estime de la pauvreté chrétienne, le respect et le service du pauvre qu'honore Jésus-Christ ; il se défend des séductions d'un égalitarisme irréel, mais se garde, sur le conseil de St. Jacques, de jamais faire acception des personnes du fait de leur condition de fortune ; [6] il n'oublie pas non plus que, dans la vision chrétienne d'une société où la richesse serait mieux distribuée, il y aura toujours place pour le renoncement et la souffrance, héritage inévitable mais fécond ici-bas, qu'en vain une conception matérialiste de la vie ou l'illusion d'une justice parfaite durant ce pèlerinage terrestre voudraient rayer des perspectives humaines. Enfin, face à la multitude des indigents dont la détresse crie vers le ciel, l'appel pressant de St. Jean lui trace son devoir : « Si quelqu'un possède les biens de ce monde et que, voyant son frère dans le besoin, il lui ferme ses entrailles, comment l'amour de Dieu demeurerait-il en lui?... N'aimons pas en paroles et de langue, mais en actes et en vérité ».[7] Comment donc, dans le monde contemporain, inscrire cette charité effective et efficace dans l'ordre economique et social, comment l'inscrire d'abord en termes de justice, car, pour être authentiquement vraie, la charité doit toujours tenir compte de la justice à instaurer et ne pas se contenter de pallier les désordres et les insuffisances d'une injuste condition?

La fin de l'organisme économique et social, à laquelle il faut ici se référer, est de procurer à ses membres et à leurs familles tous les biens que les ressources de la nature et de l'industrie, ainsi qu'une organisation sociale de la vie économique, ont le moyen de leur procurer. Et, précise l'Encyclique *Quadragesimo Anno,* « ces biens doivent être assez abondants pour satisfaire aux besoins d'une honnête subsistance et pour élever les hommes à ce degré d'aisance, qui, pourvu qu'on en use sagement, ne met pas obstacle à la vertu, mais en facilite au contraire grandement l'exercice ».[8] Or, s'il est vrai que, pour satisfaire à cette obligation, le moyen le plus sûr et le plus naturel est d'accroître les biens disponibles par un sain développement de la production, encore faut-il, dans

[5] *Iac.* 5, 4.
[6] Cfr. *Iac.* 2, 1.
[7] *I Ioan.*, 3, 17-18.
[8] *A. A. S.* XXII - 1931 - p. 202.

la poursuite de cet effort, garder le souci de répartir justement les fruits du labeur de tous. « Si une telle juste distribution des biens n'était pas réalisée ou n'était qu'imparfaitement assurée, le vrai but de l'économie nationale ne serait pas atteint; étant donné que, quelle que fût l'opulente abondance des biens disponibles, le peuple, n'étant pas appelé à y participer, ne serait pas riche, mais pauvre ».[9]

Cette distribution de base se réalise originairement et normalement en vertu du dynamisme continuel du processus économique social que Nous venons d'évoquer; et c'est, pour un grand nombre d'hommes, l'origine du salaire comme rétribution de leur travail. Mais il ne faut pas perdre de vue que, sous l'angle de l'économie nationale, ce salaire correspond au revenu du travailleur. Chefs d'entreprise et ouvriers sont ici coopérateurs dans une œuvre commune, appelés à vivre ensemble du bénéfice net et global de l'économie, et, sous ce rapport, leurs relations mutuelles ne mettent aucunement les uns au service des autres. « Toucher son revenu, disions-Nous, est un apanage de la dignité personnelle de quiconque, sous une forme ou sous une autre, ... prête son concours productif au rendement de l'économie nationale ».[10]

Mais dès lors que tous « mangent à la même table », pour ainsi dire, il apparaît équitable, tout en respectant la diversité des fonctions et des responsabilités, que les parts de chacun soient conformes à leur commune dignité d'homme, qu'elles permettent en particulier à un plus grand nombre d'accéder à l'indépendance et à la sécurité que donne la propriété privée et de participer avec leurs familles aux biens de l'esprit et de la culture auxquels sont ordonnés les biens de la terre. En outre, si patrons et ouvriers ont un intérêt commun à la saine prospérité de l'économie nationale, pourquoi ne serait-il pas légitime d'attribuer aux ouvriers une juste part de responsabilité dans la constitution et le développement de cette économie? Cette remarque que Nous faisions naguère [11] n'est-elle pas d'autant plus opportune que, dans les difficultés, les insécurités et les solidarités de l'heure présente, des décisions d'ordre économique s'imposent parfois au pays, qui engagent l'avenir de la communauté nationale et souvent même aussi l'avenir de la communauté des peuples.

Ces quelques réflexions montrent déjà la difficulté d'une saine distribution: pour répondre aux exigences de la vie sociale, elle ne saurait être abandonnée au libre jeu des forces économiques aveugles, mais doit être envisagée au niveau de l'économie nationale, car c'est là que

[9] Radiomessage du 1er Juin 1941.

[10] Allocution du 7 Mai 1949 aux membres de l'UNIAPAC.

[11] Cfr. Allocution du 7 Mai 1949 aux membres de l'UNIAPAC.

se prend une claire vision de la fin à poursuivre au service du bien commun temporel. Or qui considère ainsi les choses est conduit à s'interroger sur les fonctions, normales encore que restreintes, dévolues à l'Etat en ces matières.

Tout d'abord le devoir d'accroître la production et de la proportionner sagement aux besoins et à la dignité de l'homme pose au premier plan la question de l'ordonnance de l'économie sur le chapître de la production. Or, sans substituer leur omnipotence oppressive à la légitime autonomie des initiatives privées, les pouvoirs publics ont ici un rôle indéniable de coordination, qui s'impose plus encore dans l'enchevêtrement des conditions actuelles surtout sociales. En particulier, ce n'est pas sans leur concours que peut se constituer une politique économique d'ensemble qui favorise l'active coopération de tous et l'accroissement de production des entreprises, source directe du revenu national. Et, si l'on pense à tant de richesses qui dorment ou se perdent dans le gaspillage, mais qui, remises en circulation, pourraient concourir, par un emploi judicieux et profitable, au bien-être de tant de familles, n'est-ce pas encore servir le bien commun que de contribuer opportunément à faire renaître la confiance, à stimuler le crédit, à décourager l'égoïsme et à favoriser ainsi un meilleur équilibre de la vie économique?

Mais c'est aussi le propre de l'Etat de veiller à ce que les plus pauvres ne soient pas lésés injustement. Sur ce point, l'enseignement de Nos prédécesseurs est formel : dans la protection des droits privés, les gouvernants doivent se préoccuper surtout des faibles et des indigents : « La classe riche, observait Léon XIII, se fait comme un rempart de ses richesses et a moins besoin de la protection publique. La masse indigente, au contraire, sans ressources pour la mettre à couvert compte surtout sur le patronage de l'Etat ».[12] C'est ainsi que, devant l'insécurité accrue d'un grand nombre de familles, dont la condition précaire risque de compromettre les intérêts matériels, culturels et spirituels, des institutions s'efforcent, depuis quelques années, de corriger les maux les plus flagrants qui résultent d'une distribution trop mécanique du revenu national. Laissant une légitime liberté aux responsables privés de la vie économique, ces institutions, suffisamment indépendantes elles-mêmes du pouvoir politique, peuvent devenir, pour la masse des petits salariés et des pauvres de toute catégorie une indispensable compensation aux maux engendrés par le désordre économique ou monétaire. Il convient toutefois d'en étudier avec prudence les modalités, et il ne serait pas possible de s'engager

[12] Encyclique *Quadragesimo Anno*, citant *Rerum Novarum*, *A. A. S.* XXXIII - 1931 - p. 185.

sans réserves dans une voie, où les excès de la fiscalité risqueraient de compromettre les droits de la propriété privée et où les abus de la sécurité collective pourraient porter atteinte à ceux de la personne et de la famille.

Ainsi, à égale distance des erreurs du libéralisme et de l'étatisme, l'Eglise vous invite-t-elle à poursuivre vos recherches dans la voie qu'elle a maintes fois tracée. « La grande misère de l'ordre social, disions-Nous récemment, est qu'il n'est ni profondément chrétien ni réellement humain, mais uniquement technique et économique, et qu'il ne repose nullement sur ce qui devrait être sa base et le fondement solide de son unité, c'est-à-dire le caractère commun d'hommes par la nature et de fils de Dieu par la grâce de l'adoption divine ».[13] Puissent les travaux de cette Semaine Sociale projeter une sereine lumière sur cet ensemble de problèmes, dont les répercussions sont considérables. Dieu veuille écarter des possédants les écueils spirituels de la richesse, des prolétaires les épreuves inhumaines de la misère, attirer les uns et les autres à l'esprit évangélique de pauvreté et de service, et permettre à tous d'opérer, dans des conditions mieux équilibrées de vie économique et sociale, l'œuvre, seule nécessaire, de leur salut! C'est avec ce vœu que, d'un cœur très paternel, Nous appelons sur les prochaines assises de votre Université sociale une large effusion de grâces divines et vous accordons, ainsi qu'à tous les maîtres et auditeurs de la Semaine, Notre Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 7 Juillet 1952.

PIUS PP. XII

III

AD EXCMUM P. D. BERNARDUM TIT. SS. ANDREAE ET GREGORII AD CLIVUM SCAURI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM GRIFFIN, ARCHIEPISCOPUM WESTMONASTERIENSEM : OB « CRUCIATAM ROSARII » A CHRISTIFIDELIBUS ANGLIAE CELEBRANDAM.

We have learned with paternal interest, Beloved Son, of the Family Rosary Crusade which is being conducted in the Archidiocese of Westminster and in the Dioceses of Southwark and Brentwood, under the directorship of Our beloved son, Patrick Peyton.

Never before has the world been so direly in need of prayer as at

[13] Discours du 31 Janvier 1952 à l'Union Chrétienne des Chefs d'entreprise d'Italie.

the present time, when a dangerous form of materialism tends to undermine man's relations with his Creator and with his fellowmen and to destroy the sanctity of family life.

The most powerful antidote against the evils that threaten human society is prayer, especially collective prayer, for Our Divine Lord has said: « If two of you shall consent upon earth concerning any thing whatsoever they shall ask, it shall be done unto them by my Father who is in heaven. For where there are two or three gathered together in my name, there am I in the midst of them ».[1]

And what form of collective prayer could be more simple and yet more efficacious than the Family Rosary, in which parents and children join together in supplicating the Eternal Father, through the intercession of their most loving Mother, meditating meanwhile on the sacred mysteries of our faith? There is no surer means of calling down God's blessings upon the family and especially of preserving peace and happiness in the home than the daily recitation of the Rosary. And apart from its supplicatory power, the Family Rosary can have very far-reaching effects, for if the habit of this pious practice is inculcated into children at a young and impressionable age, they too will be faithful to the Rosary in after life and their faith will thereby be nourished and strengthened.

From Our heart, therefore, do We express the prayerful hope that the Family Rosary Crusade, which has been organized under your zealous guidance, Beloved Son, and under that of Our Venerable Brothers, the Bishops of Southwark and Brentwood, may be productive of much spiritual fruit. We earnestly exhort those of Our beloved children towards whom the Crusade has been directed to regard the joint recitation of the Rosary in the family circle as a most important collective act in their daily lives and a most certain way of obtaining the spiritual and temporal favours of which they stand in need.

We invoke God's special blessing on all those who have collaborated with the Family Rosary Crusade, and in pledge thereof We cordially impart to you, Beloved Son, to Our Venerable Brothers Cyril Cowderoy and George Beck and to the clergy and faithful gathered at Wembley Stadium for the final assembly, Our special Apostolic Benediction.

From the Vatican, July 14th, 1952.

PIUS PP. XII

[1] MATT. XVIII, 19-20.

ALLOCUTIO

*Iis qui participarunt Conventui studiorum de officio catholicorum quoad vitam internationalem, Romae habito.**

Vi diamo volentieri il benvenuto, diletti figli e figlie, che in questi giorni vi siete dedicati allo studio del problema « I cattolici e la vita internazionale ».

A tale riguardo si è già molto parlato e discusso nel campo teorico e in quello pratico. Noi stessi, ripetute volte — quando cioè si sono adunati intorno a Noi i partecipanti a Congressi, diretti a promuovere la unificazione europea e il ravvicinamento degli Stati in una più alta unità culturale e politica —, abbiamo manifestato il Nostro pensiero su tale questione. Perciò in questa Udienza generale non possiamo che restringerCi a qualche breve osservazione.

La unificazione internazionale fa notevoli progressi, nonostante i non facili e non prontamente superabili ostacoli psicologici. Poichè la tecnica, la economia, la politica, la necessità di una comune difesa, urgono e sembrano potere e voler conseguire il loro scopo. Alla Chiesa e ai cattolici dei diversi Paesi è con ciò stesso commesso un ufficio, che richiede vigile attenzione e seria premura.

I cattolici sono in primo luogo straordinariamente atti a collaborare per creare un'atmosfera, senza la quale una comune azione internazionale non può avere nè consistenza nè prospero incremento. È l'atmosfera della mutua comprensione, i cui elementi fondamentali possono essere così indicati: reciproco rispetto, vicendevole lealtà, che riconosce onestamente agli altri gli stessi diritti, che si esigono per sè stessi, disposizione alla benevolenza verso i figli degli altri popoli, come verso fratelli e sorelle.

I cattolici di tutto il mondo dovrebbero propriamente vivere sempre in questa atmosfera. Essi stessi sono uniti in tutta la ricchezza della loro fede, e quindi in ciò che vi è per l'uomo di più alto, di più intimo e di più dominante, non meno che per le irradiazioni della loro fede nella vita sociale e culturale. I cattolici sono altresì educati fin dalla fanciullezza a considerare tutti gli uomini, di qualsiasi zona, nazione e colore, come creature e immagini di Dio, come redenti da Cristo, e

* Die 23 Iulii mensis a. 1952.

chiamati agli eterni destini, a pregare per loro e ad amarli. Non vi è nessun altro gruppo umano che presenti così favorevoli presupposti, in larghezza e in profondità, per la intesa internazionale.

Con ciò stesso naturalmente grava anche sui cattolici una grande responsabilità: debbono cioè innanzi tutto sentirsi chiamati a superare e vincere tutte le strettezze nazionali e a cercare un vero fraterno incontro tra Nazione e Nazione.

Abbiamo già altra volta osservato quanto sia necessario, se non si vuole intossicare ogni mutuo avvicinamento, un rispettoso riserbo e riguardo verso le sane particolarità culturali dei singoli popoli. Ora vorremmo aggiungere: Noi temiamo che ogni civiltà, la quale aspiri bensì a conservare i buoni effetti terreni — e sono in verità non pochi — della antica civiltà cristiana, ma che rifiuti, apertamente o larvatamente, il senso proprio di questa, è irrimediabilmente destinata a cadere vittima degli assalti del materialismo. Voi conoscete gli sforzi che si compiono per formare una cultura europea, di carattere, di spirito, di anima, non cristiana. Voi, figli della Chiesa — e non siete in Europa davvero nè pochi nè deboli —, avete il santo dovere di opporvi a tali tendenze. Voi renderete all'Europa futura il più segnalato servigio, se riuscirete a far sì che la genuina cultura cristiana, basata sulla fede cattolica, trovi dappertutto il rispetto delle sue libertà e delle sue facoltà, o almeno un pienamente riconosciuto diritto di cittadinanza.

Tali siano i vostri tenaci sforzi e le vostre inconfondibili speranze!

NUNTIUS RADIOPHONICUS

CHRISTIFIDELIBUS COLUMBIANAE REIPUBLICAE PRIMUM CONVENTUM NATIONALEM CATHOLICORUM OPERUM CELEBRANTIBUS AC SIMUL SUI CONSECRATIONEM SS.MO CORDI IESU RENOVANTIBUS.*

Amadísimos hijos, católicos colombianos, los que Nos oís desde las altas sierras y sabanas del interior, lo mismo que los que escucháis Nuestra voz en los valles risueños de las tierras medias o en las costas oreadas de uno y otro mar. Es vuestro Padre de Roma el que os habla; es el Vicario de Cristo, que se dirige a vosotros, en un momento grave de vuestra historia.

Por designio providencial, acabáis de celebrar la Primer Asamblea Nacional de vuestras Obras Católicas, — gran revista de fuerzas al ser-

* Datus die 20 Iunii mensis a. 1952.

vicio del apostolado — y uno de cuyos acuerdos ha sido esa « Cruzada de la paz », que hoy concluís renovando vuestra consagración al Corazón Sacratísimo de Jesús.

¿Necesitaremos, pues, decir con cuánto amor, con cuánto gozo hemos acogido inmediatamente vuestro deseo de oír hoy, precisamente hoy, una palabra Nuestra, cuando somos Nós quienes estábamos deseando pronunciarla?

Porque para Colombia corren horas difíciles, cuya gravedad ha sido puesta suficientemente de relieve por la voz común de vuestros Pastores. El demonio de la discordia y de la violencia, no satisfecho con escindir al universo mundo en dos bandos que se miran cejijuntos, desea dividiros también a vosotros y lanzaros unos contra otros, como si en vez de hermanos fuéseis los más encarnizados enemigos. ¿Conseguirá su pernicioso intento? ¿Convertirá a vuestra patria en una liza de riñas fratricidas? ¿Será capaz de hundir hasta tal punto el nombre grande de Colombia?

Colombia es un pueblo de vieja civilización, cuya historia Nós mismo hemos unido muchas veces a la de aquellos antiguos y esforzados paladines — Quesada, Ojeda, de la Cosa, Belalcázar — a cuyo impulso heroico cedieron las primeras puertas del Mundo Nuevo.[1]

Colombia es símbolo de cultura auténtica y de buena ley, como se demostraría — puesto que en sonoro castellano estamos hablando — sólamente con recordar los nombres de los Caros, de Cuervo, de Marroquín, o de Gómez Restrepo, por citar los primeros que se Nos vienen a los labios.

Pero Colombia, sobre todo, a quien Nós hemos llamado puerta para la fe y la civilización, jardín de la Virgen [2] es sinónimo de religiosidad, de catolicismo sentido y vivido, de tierra escogida, donde Nuestra Santa Religión se conserva en todo su esplendor. ¿No es acaso en Colombia donde, en circunstancias tan críticas, ha sido invocada por todos « la acción pacificadora de la Iglesia »?

Pues bien, hela aquí; he aquí; a la Iglesia de Cristo, por boca de su cabeza visible, que invita a todos los colombianos a la paz en el orden y en la justicia, en la fidelidad a la doctrina de Jesucristo; a esa paz — la única verdadera y posible — que parte de la pacificación interior del alma con Dios, que se apoya en los sentimientos de fraternidad y de concordia y que, superando los bajos instintos que pugnan por perturbarla, firmemente se eleva sobre los sólidos cimientos del amor y de la caridad.

Y precisamente por eso, colombianos amadísimos, nuestra confianza

[1] cfr. *Disc. e Radiom*, 14 de Noviembre, 1950.
[2] cfr. *Disc. e Radiom*. 16 de Julio, 1946.

es grande; porque la paz se funda en la caridad y en el amor, y vosotros cerráis esta « Cruzada de la paz » renovando vuestra consagración a aquel Corazón dulcísimo, símbolo, centro y órgano de aquella suprema y divina caridad, que primero nos pacificó con el Padre y luego, infundiéndose en nuestros corazones, nos enseña a superar todos los demás amores y a sentirnos hermanos.

A este Corazón Divino, hijos dilectísimos, del que tan grandes beneficios reconocéis haber recibido, encomendamos vuestros problemas y vuestras dificultades todas, en nombre de la Iglesia que brotó de su herida abierta y a la que vosotros, a fuer de hijos devotos, os habéis apelado, para que en la oración y en la penitencia, en la intensificación de la vida cristiana, en la devoción a la Madre del cielo y en la fidelidad a vuestros pastores, encontréis finalmente los caminos de la paz.

Se ha dicho, y así es, que Colombia es una tierra singular donde, por la diversidad de alturas, la distribución primorosa y la misma latitud, es tal la encantadora diversidad de climas y de ambientes que cualquier ciudadano, venido de cualquier parte del mundo, podrá encontrar en ella un amable rincón para vivir a su placer; y, ¿sería posible que la que ofrece hogar risueño al universo entero lo hiciera ingrato a sus propios hijos?

Se ha dicho también, que el carácter colombiano, por su misma base de cultura y religiosidad, se distingue enseguida por un no se qué de abertura cortés y mesurada, que hace a su afortunado poseedor emprendedor sin imprudencias ni temores y acogedor sin ficciones ni reservas; y ¿sería admisible que un pueblo semejante se dejase despeñar por los derrumbaderos de la anarquía, donde nada quedaría ni de partidos, ni de sociedad, ni de cosa ninguna?

El Corazón Sacratísimo de Jesús no lo permitirá; no lo consentirá la Virgen de Chiquinquirá, vuestra Reina; no será cierto, si recordáis lo que os debéis a vosotros mismos; no habrá tal, si queréis oír la voz de vuestro Padre, que os está hablando, y en cuyo pecho tienen tanta cabida vuestras ansias.

La bendición del cielo, que solemos invocar siempre al final de Nuestras palabras, quiere ser prenda de las mejores gracias de lo alto. De ninguna os querríamos nunca excluir, amadísimos hijos de la católica Colombia; pero esta vez, Nuestra Bendición de Padre, que a todos con el mayor afecto os damos, quiere ser antes que nada promesa de paz; de una paz — don preciosísimo, gracia fuente de gracias — que os sirva de consuelo en el espíritu, de seguridad en la vida y de garantía cierta de felicidad y progreso en el porvenir.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

SANCTI PAULI IN BRASILIA - TAUBATENSIS

DECRETUM

COMMUTATIONIS FINIUM

Exstat in Brasiliana Republica, intra fines Taubatensis dioecesis, archidioecesi tamen Sancti Pauli in Brasilia obnoxia, paroecia quaedam a Nostra Domina « da Conceição Aparecida » nuncupata.

Porro, cum Emus ac Revmus P. D. Carmelus S. R. E. Cardinalis de Vasconcellos Motta, Archiepiscopus Sancti Pauli in Brasilia, novam splendidioremque Ecclesiam in eadem paroecia impense moliatur, amplius territorii spatium haberi oportet.

Qua de re, porrectis precibus, ab Apostolica Sede nuper expostulavit ut praefatae paroeciae fines, mutati, amplificarentur, tum Archidioecesis tum Dioecesis, hac ratione, commutatis finibus.

Ssmus Dominus Noster PIUS Divina Providentia PP. XII, ratus petitionem cessuram in bonum spirituale fidelium, benigne annuendum censuit.

Quapropter, attentis favorabili voto Exc. P. D. Caroli Chiarlo, Archiepiscopi titularis Amideni et Nuntii Apostolici in Brasiliana Republica, necnon consensu Exc. P. D. Francisci Borgia do Amaral, Episcopi Taubatensis, de Apostolicae potestatis plenitudine, atque suppleto quatenus opus sit aliorum interesse habentium aut habere praesumentium consensu, statuit ut, vi praesentis Consistorialis Decreti, perinde valituri ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, fines memoratae paroeciae prout in sequentibus deinceps circumscribantur: « Começan no ápice da grande curva do Rio Paraíba, eqüidistante das cidades de Guaratinguetá e Aparecida, seguem em linha reta até atingirem o divisor das águas no Morro do Passarinho, continuando por

êsse divisor através do Morro do Jaburu, seguem até encontrarem as nascentes do Ribeirão do Veloso e por êste até o Rio Paraíba, descendo por êste rio até encontrarem o ponto inicial, isto é, o ápice da grande curva do Rio Paraíba entre as cidades de Guarantiguetá e Aparecida ».

Ad haec omnia exsecutioni mandanda eadem Sanctitas Sua deputare dignata est praefatum Exc. Nuntium Apostolicum, tribuens ei necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere etiam imposito ad hanc S. C. Consistorialem mittendi, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 3 Maii 1952.

✠ Fr. A. I. Card. Piazza, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

I. Ferretto, *Adsessor*

II

ROFFENSIS

DECRETUM

ERECTIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS

Cum Excmus P. D. Iacob Eduardus Kearney, Episcopus Roffensis, humiles porrexerit preces ut ecclesia Sacratissimo Cordi Iesu dicata, in civitate Roffensi exstans, quodam artis decore insignis et ad sacra pontificalia exercenda apta, ad dignitatem Ecclesiae Cathedralis eveheretur, Ssmus Dominus Noster Pius, Divina Providentia PP. XII, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Hamleti Ioannis Cicognani, Archiepiscopi tit. Laodicensis in Phrygia ac Delegati Apostolici in Statibus Foederatis Americae Septentrionalis, et de consilio infrascripti Cardinalis S. C. Consistorialis Secretarii, re mature perpensa, precibus porrectis annuere dignatus est memoratamque ecclesiam Sacratissimo Cordi Iesu dicatam ad dignitatem Ecclesiae Cathedralis eiusdem dioecesis elevandam decrevit cum omnibus iuribus et privilegiis quae Ecclesiis Cathedralibus ad normam iuris communis competunt, et in eadem Sedem Episcopalem ad normam legum liturgicarum collocandam statuit.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est eundem Excmum P. D. Hamletum Ioannem Cicognani, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas, ad effectum de quo

agitur, etiam subdelegandi quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto onere mittendi ad hanc S. C. Consistorialem, quam primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus Eadem Sanctitas Sua praesens edi iussit Consistoriale Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus, etiam speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 21 Iunii 1952.

✠ Fr. A. I. Card. PIAZZA, Ep. Sabinen. et Mandelen., *a Secretis*

L. ✠ S.

I. Ferretto, *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DECRETUM

Canones 66, 281, 282, 283, 291 e *Motu Proprio* « Postquam Apostolicis Litteris » summam definiunt quam ultra beneplacitum Apostolicum requiritur in alienandis bonis pretiosis aliisque bonis Ecclesiae temporalibus necnon in contrahendis debitis et obligationibus.

Cum vero iidem canones de pecunia aurea non decernant, haec Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali praesenti Decreto quae sequuntur statuenda censet:

Perdurantibus nunc temporis adiunctis, beneplacitum Apostolicum in alienandis bonis pretiosis aliisque bonis Ecclesiae temporalibus necnon in contrahendis debitis et obligationibus necessarium erit si pretium in Patriarchatibus triginta milium francorum aureorum, extra Patriarchatus quindecim milium francorum aureorum, summam excedat.

Hierarchae iurisdictioni Patriarchae obnoxii, necnon ceteri in Patriarchatibus Religiosi Superiores, licentia indigent Patriarchae, ad normam eorumdem canonum, si pretium intra quindecim milia et triginta milia francorum aureorum contineatur.

Quae omnia, in Audientia diei 10 mensis Maii anni volventis, referente

infrascripto Cardinali a Secretis, SSmus D. N. Pius Divina Providentia PP. XII adprobare dignatus est.

Contrariis quibuscumque minime obfuturis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 10 mensis Maii anni 1952.

✠ E. Card. TISSERANT, Ep. Ostien. Portuen. et S. Rufinae, *a Secretis*

L. ✠ S.

✠ Valerius Valeri, Archiep. Ephesin., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I

LULUABURGEN. - DE TSHUMBÉ

DECRETUM

DE MUTATIONE FINIUM VICARIATUUM APOSTOLICORUM

Cum in Congo Belgicae ditionis limites ecclesiastici inter Vicariatus Apostolicos Luluaburgensem, Patribus Congregationis Immaculati Cordis Mariae concreditum, et de Tshumbé, Patribus Congregationis Clericorum excalceatorum Ssmae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi commissum, necessitatibus missionalis apostolatus amplius non responderent, propter quarumdam tribuum subiectionem iurisdictioni amborum Vicariatuum, Sacrae huic Congregationi de Propaganda Fide visum est ad partialem finium commutationem inter memoratos Vicariatus ibidem procedere.

Quapropter, praehabito Excellentissimorum Ordinariorum, quorum interest, consensu auditoque favorabili Excellentissimi P. D. Petri Sigismondi, Archiepiscopi titulo Neapolitani in Pisidia et Apostolici in Congo Belgico et in Ruanda Urundi Delegati voto, limites inter praelaudatos Vicariatus, prout infra exponuntur, haec eadem Sacra Congregatio emendandos esse censuit: a Dekula fluminis fontibus limites serventur Territorii Civilis de Lubefu usque ad flumen Munduie; Munduie fluvii cursus usque ad suas scaturigines; inde linea aliquatenus curva usque ad fontes Atu fluminis et linea recta usque ad locum quo Osenga Sanga flumen in Ludju influit; dein Osenga Sanga flumen usque ad ipsius scatirigines; exinde linea fere recta usque ad locum quo Kalumeia flumen

quintum circulum parallelum penetrat; circulus quintus parallelus usque ad Lupemba flumen; demum Lupemba fluvii cursus et Territorii Civilis de Lubefu limites usque ad flumen Lomami.

Quam sententiam in Audientia die XX Martii vertentis anni ab Emo huius Sacrae Congregationis Cardinali Praefecto Sanctissimo D. N. Pio Div. Prov. Papae XII relatam, Summus Pontifex, benigne excipiens, ratam habere et confirmare dignatus est atque praesens ad rem Decretum expediri iussit.

Datum ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die XX Martii anno Domini 1952.

✠ P. Card. Fumasoni Biondi, *Praefectus*

L. ✠ S.

† C. Costantini, Archiep. tit. Theodos., *a Secretis*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Singulis, ut infra, datis decretis Sacri Consilii Christiano Nomini propagando Ssmus D. N. Pius Div. prov. Papa XII dignatus est sequentes providere Ecclesias, nimirum:

die 15 Maii 1952. — Cathedrali Ecclesiae Kumasiensi praefecit Exc. P. D. Andream Van den Bronk, hactenus episcopum tit. Tentyritanum et Vicarium Apostolicum Heliopolis in Aegypto.

— Cathedrali Ecclesiae Indorensi, noviter erectae, R. P. Franciscum Simons, Societatis Verbi Divini.

— Titulari episcopali Ecclesiae Attanasensi R. P. Laurentium Hardman, Societatis Mariae Monfortanae sodalem, quem Vicarium Apostolicum Zombaënsem constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Acheloiae R. P. Aemilium Durrheimer, Societatis Missionum ad Afros, quem Vicarium Apostolicum de Katiola constituit.

die 19 Iunii. — Titulari episcopali Ecclesiae Catulensi, R. P. Leonem Paulum Seitz, Societatis Parisiensis missionum ad exteras gentes sodalem, quem Vicarium Apostolicum de Kontum constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Legiensi, R. P. Gulielmum Van Kester, Societatis Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, quem Vicarium Apostolicum Basankusuensem constituit.

die 3 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Gisipensi, R. D. Basilium Salvatorem Theodorum Peres, quem Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Victoris Rosarii Fernandes, hodierni Episcopi Mangalorensis, constituit.

die 10 Iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Brysiensi, R. P. Iosephum Bartholomaeum Evangelisti, O. F. M. Capulatorum, quem Coadiutorem sine iure successionis Exc. P. Evangelistae Vanni, Archiepiscopi Agraënsis, constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bennefensi, R. P. Prosperum Dodds, e Congregatione Sancti Spiritus, quem Vicarium Apostolicum de Ziguinchor constituit.

III

NOMINATIONES

Decretis, ut infra, datis Sacra Congregatio de Propaganda Fide ad suum beneplacitum renunciavit:

die 21 Martii 1952. — R. P. Georgium Breen, Congregationis a Sancta Cruce, *Praefectum Apostolicum de Haflong.*

die 28 Martii. — R. P. Adamum Grossi, Instituti Pontificii a SS. Apostolis Petro et Paulo et a SS. Ambrosio et Carolo pro missionibus ad exteras gentes, *Praefectum Apostolicum de Malda.*

— R. P. Iacobum Ireland, e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, *Praefectum Apostolicum de Insulis Falkland.*

die 30 Maii. — R. P. Georgium Shanks. e Societate Missionariorum S. Ioseph de Mill Hill, *Praefectum Apostolicum de Kashimir et de Iammu.*

die 27 Iunii. — R. P. Albertum Hermelink, Congregationis Sacerdotum a Sacro Corde Iesu, *Praefectum Apostolicum de Tandjung-Karang.*

— R. P. Paschalem De Martino, Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro exteris missionibus, *Praefectum Apostolicum de Padang.*

die 4 Iulii. — R. P. Ignatium Doggett, Ordinis Fratrum Minorum, *Praefectum Apostolicum de Aitape.*

die 19 Iulii. — R. P. Augustum Azzolini, Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro exteris missionibus, *Praefectum Apostolicum Makenensem.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

PARMEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI ANNAE MARIAE ADORNI, FUNDATRICIS CONGREGATIONIS ANCILLARUM AB IMMACULATA NECNON PARMENSIS INSTITUTI A BONO PASTORE.

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Anno 1805 die 19 Iunii in oppido Fivizzano, in Dioecesi Apuana, e Matthaeo Adorni ac Antonia Zannetti optimis coniugibus puella orta est, cui in sacro baptismate nomina Anna Maria Carola Aemilia fuere imposita. Tantam cum lacte pietatem e parentibus hausit, ut vix quadriennis pro peccatoribus noctu preces saepe fundere, septennis vero ut S. Teresia a Iesu cum amicula domo aufugere conata est ut ad infideles ad fidem convertendos pergeret. Cum undecim vix attigisset annos a parentibus obtinuit ut pauperem senem hospitio reciperent, cui ipsa pie amanterque assedit. Patre demortuo, divitiisque deperditis, cum matre Parmam se contulit, ubi apud familiam Ortalli filiarum educatrix exstitit. Licet in vitam religiosam se pronam sentiret, matri suique animi moderatori obsequens morem gerens anno 1826 Antonio Dominico Botti nupsit, sexque filios genuit, quos sancte instituit. Anno 1844, marito viduata, cum ab ingressu in aliquod religiosum Institutum a confessario fuisset distenta, a caritate permota, carceres invisere coepit. Piae aliae mulieres se ei adiunxerunt, nomenque *Dame visitatrici delle carceri,* approbante Episcopo necnon Parmensi Ducissa, assumpsere. Pius Papa IX Piam hanc Unionem spiritualibus favoribus ditavit.

Verum Anna Maria caritatis ardorem continere non valens, quasi huius consectarium opus, anno 1852 feminas e carcere dimissas, ne iterum in vitia ruerent, colligere coepit. Hoc faustum fuit rudimentum Instituti sub titulo *Boni Pastoris* ad instar Andegavensis Instituti a

S. Maria Euphrasia Pelletier, S. Ioannis Eudes discipula, fundati, quod Serva Dei anno 1857 Parmae condidit atque regulis firmavit. Ut autem huius tanti operis moderationi ac perpetuitati prospiceret, novam religiosam familiam constituit, cui nomen *Ancillarum ab Immaculata*: cuius propositum est christiana puellarum institutio, pauperum praesertim ac periculis obnoxiarum. Instituti regulas post longam prudentemque moram Episcopus Miotti die 28 Ianuarii anno 1893 approbavit, paucos ante dies a sancto eiusdem Servae Dei obitu, qui die 7 Februarii contigit.

Tota Servae Dei vita virtutibus omnibus refulsit sine ulla remissione. Puella enim, uxor, mater, vidua, religiosae familiae fundatrix, se suaque omnia in Dei gloriam impendit. A nullis difficultatibus, insectationibus diabolisque insidiis, deterrita, dicteria quaeque spernens, Deo confisa, beatissimaeque Virgini immaculatae, cuius protectionem evidenter est experta, arduum opus est aggressa atque feliciter, fortiterque consummavit maximo cum animorum emolumento. Nec mirum « Omnia enim, docet Augustinus, saeva et immania prorsus facilia et prope nulla efficit amor » (s. 70 alias 9 de verbis D. n. 3). Porro Serva Dei maxima fervebat caritate sive erga Deum, sive erga proximos, feminas praesertim aut depravatas aut periculis obnoxias.

Sanctitatis Dei Servae fama non defervente, anno 1940 Ordinarii Parmensis auctoritate constructi fuerunt informativi processus, super scriptis, sanctitatis fama, atque liturgico cultu eidem non praestito, Urbemque allati.

Tres Cardinales, plures Archiepiscopi et Episcopi, plurimi quoque sive e Clero, sive e profanis in dignitate constitutis, aliisque Summo Pontifici instantes preces Servae Dei Beatificationem postulantes obtulerunt.

Die 3 Decembris anno 1944 Sacra haec Congregatio decrevit, scriptis perpensis, nihil obstare quominus ad ulteriora posset procedi.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Rmo P. Augustino a Virgine, Ordinis Ssmae Trinitatis, Causae Postulatore instante, die 18 Decembris elapsi anni in Ordinaria Congregatione, infrascriptus Cardinalis, Pro-Praefectus nec non Causae Ponens, dubium disceptandum proposuit: *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur,* de eaque retulit. Emi Patres, auditis quoque Officialibus Praelatis, praesertim vero R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Generali Promotore, rescripserunt: *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.*

Facta autem Summo Pontifici subsignato die ab eodem Pro-Praefecto relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Eminorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servae Dei* Annae Mariae Adorni *Sua manu dignata est signare.*

Datum Romae, die 11 Ianuarii a D. 1952.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

II

CREMONEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI FRANCISCI SPINELLI, SACERDOTIS SAECULARIS, FUNDATORIS INSTITUTI ADORATRICUM SANCTISSIMI SACRAMENTI.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur.

Gaudeat pater tuus et mater tua et exsultet quae genuit te (Prov. 23, 25). Merito piissimi Bartholomaeus Spinelli et Aemilia Cagliaroli, Servi Dei Francisci genitores, in caelo gaudent, ubi iure praesumendum est eos beatifica nunc gloria frui, qui suum filiolum, die 14 Aprilis mensis anno 1853 Mediolani natum, ac sequenti die baptizatum, sancte educantes, ad christianam perfectionem et ad Sacerdotium viam ei complanarunt aptumque ad magna pro Dei Ecclesia facinora patranda eum reddiderunt. Eorum quoque laudi tribuendum duos alios filios, Constantium Sacerdotem et Beatricem mira pietatis ac virtutum exempla reliquisse.

Franciscus Cremonae a. 1861 Confirmationis Sacramentum accepit, Bergomi autem apud avunculum Petrum Cagliaroli, piissimum sacerdotem, S. Alexandri Praepositum, hospitio receptus humaniores litteras in S. Alexandri Collegio excoluit, dein theologicis disciplinis in Episcopalis Seminarii scholis incubuit. Die 17 Octobris a. 1875 ad Presbyteratum ab Episcopo Bergomensi fuit promotus, atque ecclesiasticis ministeriis summo christianae plebis emolumento operam indefesse dare coepit; quae ministeria singulari erga divinam Eucharistiam pietate fovebat, atque efficaciora misericordia erga pauperes reddebat. Sacerdotio vix auctus Urbem venit atque in Liberiana Basilica preces ante sacra, quae

ibi venerantur, incunabula Domini effundens, quasi divinum impulsum persensit agmen Virginum colligendi Sanctissimum Sacramentum adorantium in reparationem atque expiationem iniuriarum, quae a peccatoribus eidem inferuntur. Bergomum reversus, dum verbum Dei in oppido Capriate predicat, non sine divino consilio in Servam Dei Catharinam Comensoli occurrit, quae idem propositum mente volvebat, cum qua anno 1882, Bergomensi Episcopo approbante, religiosam Virginum familiam condidit, cuius primarius finis est Ssmi Sacramenti adoratio, unde nomen Adoratricum Ssmi Sacramenti inditum, cui opera misericordiae addita sunt pro egenis atque infirmis. Res bene procedebant: verum sine ulla Servi Dei morali culpa, Deo permittente, in gravem nummariam difficultatem fuit adactus, ob quam ab Instituto ac Bergomensi dioecesi abalienatus, a Cremonensi Episcopo benigne exceptus, in Oppido « Rivolta d'Adda » Instituti sui ibi exstanti domui ad eo spiritualis moderator datus est. Domus haec facta est princeps quasi alterius Instituti omnino a Bergomensi separati, fine, nomine, religiosis vestibus ac regulis primigenis servatis.

Sancta eius opera feliciter Institutum laetas progressiones fecit in Sororum spiritualem profectum et in bonum proximorum: nunc autem est iuris pontificii, atque ultra mille numerat Sorores professas.

Servus Dei omnibus fuit virtutibus, quae sacerdotem decent, ornatus. Paupertatis amantissimus, moriens nil habuit quod relinqueret; caritate fervens sacerdotalia omnia veluti in Deum abreptus exsequebatur, praesertim Eucharisticum sacramentum adorando; erga proximos vero totus fuit in miseris sublevandis, in egenis subveniendis, in sacramentalibus confessionibus audiendis. Nunquam in verbo deliquit immo iis, a quibus mala receperat ignovit heroice. Has illum ceterasque virtutes ipse quidem humilitate tegebat, sed Deus illum supernis, ut videtur, donis rependit.

Arthritico morbo atque carcinomate attactus, atroces dolores, divinae voluntati plenissime subiectus, patientissime ad mortem usque sustulit, quam die 6 Februarii anno 1913 sancte, ut vixerat, oppetiit.

Sanctitatis fama erumpente, in Cremonensi Curia Ordinaria auctoritate canonicae adornatae sunt inquisitiones annis 1928-1932 super scriptis, sanctitatis fama atque oboedientia Urbanianis decretis de liturgico cultu Servis Dei non praestando; quibus rogatoriales sunt addendae Utinenses, Derthosenses ac Mediolanenses annis 1930-31 habitae.

Plures interim Summo Pontifici ab Archiepiscopis, Episcopis, Praelatis, capitularibus dignitatibus aliisque oblatae sunt litterae causae Introductionem postulantes.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, R. P. D. Hercule Crovella,

Urbano Antistite, Postulatore legitime constituto, instante, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu, die 15 Ianuarii mensis anni huius habito, infrascriptus Cardinalis S. R. C. Pro-Praefectus et causae Ponens, dubium proposuit discutiendum: *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur* atque de causa retulit.

Emi ac Rmi PP. Cardinales relatione hac suffragiisque Officialium Praelatorum necnon R. P. D. Salvatore Natucci Generali Fidei Promotore auditis, rescribere censuerunt: *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Facta autem per infrascriptum Cardinalem Beatissimo Patri relatione, Sanctitas Sua, rescriptum Eminentissimorum Patrum ratum habens, *Commissionem Introductionis causae Servi Dei Francisci Spinelli Sua manu signare dignata est.*

Datum Romae die 25 Ianuarii A. D. 1952.

✠ C. Card. Micara, Ep. Velitern., *Pro-Praefectus*

L. ✠ S.

† A. Carinci, Archiep. Seleuc., *Secretarius*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

MASSILIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (CASTEL-CHAIX - WOLL)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Henrici Woll, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se sive per procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Romae, Palazzo della Cancelleria) die 2 Decembris 1952 hora undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione.

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Domini Henrici Woll, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Josephus Pasquazi, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 1 Augusti 1952.

E. Fiore, *ff. Notarius*

* Etant incunnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Henri Woll, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 2 Decembre 1952, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Mr Henri Woll devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì, 20 agosto 1952, il Santo Padre ha ricevuto in solenne Udienza Sua Eccellenza il Signor Dott. D. GIUSEPPE ANTONIO MONTALVO, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Colombia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Assistente al Soglio Pontificio:

18 giugno 1952. S. E. Revma Monsig. Capobianco Giovanni, Vescovo di Urbania e S. Angelo in Vado.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

2 gennaio 1951. Monsig. Mercier Luigi, della diocesi di Séez.
16 luglio » Monsig. Librea Domenico, della diocesi di Lipa.
24 agosto » Monsig. Hervé-Bazin Michele, dell'arcidiocesi di Cartagine.
1 dicembre » Monsig. Haracich Ottavio, dell'Amministrazione Apostolica di Cherso e Lussino.
20 dicembre » Monsig. Polonijo Matteo, della diocesi di Veglia.
11 marzo 1952. Monsig. Ponti Enrico (Roma).
15 aprile » Monsig. Pastura Raffaele, della diocesi di Amelia.
17 aprile » Monsig. Carciotto Giuseppe, dell'arcidiocesi di Catania.
» » » Monsig. Di Dio Francesco, della medesima arcidiocesi.
» » » Monsig. Maugeri Giovanni, della medesima arcidiocesi.

Prelati Domestici di Sua Santità:

19 aprile 1951. Monsig. Cabezas Pozo Saverio, della diocesi di Huánuco.
7 maggio » Monsig. Davila Sisto, della medesima diocesi.
13 giugno » Monsig. Stokes Giovanni F., dell'arcidiocesi di Armágh.
27 » » Monsig. Pereira Abdon, della diocesi di Cajazeiras.

28 giugno 1951. Monsig. Kaltnecker Maurizio, della diocesi di Nancy.
8 luglio » Monsig. Soubie Francesco, della diocesi di Martinica.
12 » » Monsig. Eckert Luigi, della diocesi di Limburgo.
» » » Monsig. Lamay Giuseppe, della medesima diocesi.
26 » » Monsig. de Cerqueira Valente Antonio, dell'arcidiocesi di Maceiò.
24 agosto » Monsig. Legendre Luigi, dell'arcidiocesi di Cartagine.
10 settembre » Monsig. Seguin Prospero, della diocesi di Mende.
» » » Monsig. Vidal Felice, della medesima diocesi.
21 » » Monsig. Maillet Fernando, dell'arcidiocesi di Parigi.
26 ottobre » Monsig. Raffit Giuseppe, della diocesi di Montpellier.
» » » Monsig. Rouquette Giovanni, della medesima diocesi.
27 » » Monsig. Nunes Teixeira Francesco, della diocesi di Beira.
» » » Monsig. Soares de Pinho Albino, della medesima diocesi.
2 novembre » Monsig. Lusseau Enrico, della diocesi di Luçon.
» » » Monsig. Soubigou Luigi, della diocesi di Quimper.
2 dicembre » Monsig. Pereira de Araujo Abilio, dell'arcidiocesi di Braga.
22 » » Monsig. Cardoso Antonio Augusto, della diocesi di Braganza (Port.).
» » » Monsig. Cardoso Emanuele Augusto, della medesima diocesi.
23 marzo 1952. Monsig. Bonjean Alfonso, dell'arcidiocesi di Cartagine.
26 » » Monsig. Romero Lema Massimino, dell'arcidiocesi di Santiago di Compostella.
15 aprile » Monsig. Mason Federico, dell'arcidiocesi di Pretoria.
1 maggio » Monsig. Pavani Pietro.
» » » Monsig. Kilfoil Tommaso, dell'arcidiocesi di Indianapolis.
12 » » Monsig. Pomponi Luigi, della diocesi di Ripatransone.
26 » » Monsig. Clément Giorgio, dell'arcidiocesi di Montréal.
29 » » Monsig. Magoni Giovanni Battista, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Sonzogni Luigi, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Reggio Francesco, dell'arcidiocesi di Smirne.
9 giugno » Monsig. Forlini Armando, della diocesi di Brescia.
» » » Monsig. Piccinelli Zenone, della medesima diocesi.
20 » » Monsig. Pompanin Luigi, della diocesi di Bressanone.
5 luglio » Monsig. Ramirez Antonio Giuseppe, della diocesi di Cumanà.

Camerieri Segreti soprannumerari di Sua Santità:

24 aprile 1951. Monsig. Laschi Giulio B., della diocesi di SS. Concezione in Paraguay.

7 maggio 1951. Monsig. Salazar Pietro Massimino, della diocesi di Huancayo.
22 » » Monsig. Van Overbeek Giovanni Cornelio, della diocesi di 's-Hertogenbosch.
26 » » Monsig. Mallon Patrizio Vincenzo, della diocesi di Clogher.
10 giugno » Monsig. Nussbaumer G. Corrado, dell'Amministrazione Apostolica di Innsbruck.
12 luglio » Monsig. Seidenather Giovanni, della diocesi di Limburgo.
6 settembre » Monsig. Perez Valdés Gerardo, dell'arcidiocesi di Santiago del Cile.
5 ottobre » Monsig. Henneman Giacomo Giovanni, della diocesi di Haarlem.
20 dicembre » Monsig. Bolonić Michele, della diocesi di Veglia.
» » » Monsig. Mracovčić Antonio, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Zić Giovanni, della medesima diocesi.
7 febbraio 1952. Monsig. Cartacci Vinicio (Roma).
» » » Monsig. Spalletti Costantino (Roma).
26 » » Monsig. Bârlea Ottaviano, dell'arcidiocesi di Fagaras e Alba Giulia.
15 aprile » Monsig. Miglietta Giuseppe, dell'arcidiocesi di Brindisi.
17 » » Monsig. Ricceri Francesco, dell'arcidiocesi di Catania.
22 » » Monsig. Castellani Ettore, della diocesi di Recanati e Loreto.
30 » » Monsig. Broccolo Amedeo, della medesima diocesi.
6 maggio » Monsig. Lally Francesco, dell'arcidiocesi di Boston.
27 » » Monsig. Perosi Antonio, della diocesi di Lodi.
» » » Monsig. Aiello Filippo, della diocesi di Patti.
» » » Monsig. Panissidi Tindaro, della medesima diocesi.
2 giugno » Monsig. Bejan Ovidio, della diocesi di Lugoj.
5 » » Monsig. Morgagni Tommaso, della diocesi di Forlì.
16 » » Monsig. Cicinelli Luigi, della diocesi di Tivoli.
19 » » Monsig. Bacile Pasqualino, dell'arcidiocesi di Monreale.
24 » » Monsig. Smit Antonio, dell'arcidiocesi di Utrecht.

Camerieri Segreti soprannumerari di spada e cappa di Sua Santità:

24 agosto 1951. Il sig. Michielis van Kessenich Guglielmo, della diocesi di Ruremonda.
23 aprile 1952. Il sig. Merillon Pietro, della diocesi di Baiona.
7 maggio » Il Barone Oddasso Francesco Maria (Roma).
» » » Il sig. Oddasso dei Baroni Aldo (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

31 maggio 1950. Monsig. Flieher Antonio, della diocesi di Linz.
» » » Monsig. Schliessleder Giovanni, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Strigl Massimiliano, della medesima diocesi.
7 maggio 1951. Monsig. Friedrich Giovanni, dell'arcidiocesi di Vienna.
26 » » Monsig. Huber Giuseppe, della diocesi di Linz.
21 luglio » Monsig. Knotz Francesco, dell'amministrazione apostolica del Burgenland.
» » » Monsig. Lex Giovanni, della medesima amministrazione apostolica.
27 maggio 1952. Monsig. Picco Giuseppe, della diocesi suburbicaria di Frascati.
2 giugno » Monsig. Coletti Arturo (Roma).

Camerieri d'onore soprannumerari di spada e cappa di Sua Santità:

2 settembre 1951. Il sig. de Pinedo y de Larrea Luigi, della diocesi di Madrid.

Cappellani d'onore extra urbem *di Sua Santità:*

26 luglio 1951. Monsig. Gstrein Luigi, dell'arcidiocesi di Salisburgo.
» » » Monsig. Lecker Lamberto, della medesima arcidiocesi.

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile

30 luglio 1951. Al Principe zu Loewenstein Carlo Federico, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

19 maggio 1951. Al sig. Sueiras Arturo, della diocesi di Cienfuegos.

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

15 novembre 1951. Al sig. Flory Carlo, dell'arcidiocesi di Parigi.
» » » Al sig. Michelin Alfredo, della medesima arcidiocesi.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

17 maggio 1950. Al sig. Gandolphe Teodoro, dell'arcidiocesi di Cartagine.
» » » Al sig. Marcille Renato, della medesima arcidiocesi.
28 febbraio 1951. Al sig. de Twickel Rodolfo, della diocesi di Muenster.
16 aprile » Al sig. Oliart Garmendia Carlo, dell'arcidiocesi di Cuzco.
15 maggio » Al sig. Barbedo Alceo Octacilio, della diocesi di Spirito Santo.

19 maggio 1951. Al sig. Bustamante de la Fuente Giovanni, dell'arcidiocesi di Arequipa.
» » » Al sig. de Pierola Emanuele, della medesima arcidiocesi.
3 agosto » Al sig. Galicier Giovanni, dell'arcidiocesi di Parigi.
7 settembre » Al sig. de Maupéou d'Ableiges Alfonso, della diocesi di Le Mans.
» » » Al sig. de Vibraye Luigi, della medesima diocesi.
15 novembre » Al sig. Biot Renato, dell'arcidiocesi di Lione.
15 aprile 1952. Al sig. Rochefort Roberto (Francia).
19 » » Al sig. Saugo Bortolo Lino, della diocesi di Padova.
» » » Al sig. Petrucci Antonio (Roma).
30 » » Al sig. Arneodo Marcello, dell'arcidiocesi di Torino.
4 maggio » Al sig. Maugeri Carmelo, della diocesi di Acireale.
16 » » Al sig. Auberger Alberto, della diocesi di Strasburgo.
20 » » Al sig. Caramaro Giovanni Battista, della diocesi di Losanna, Ginevra e Friburgo.
30 » » Al sig. Ravina Alfonso, della diocesi di Albenga.
3 giugno » Al sig. Le Roy Warner Tommaso, dell'arcidiocesi di Chicago.
27 » » Al sig. Salizzoni Carlo, dell'arcidiocesi di Bologna.
1 luglio » Al sig. Roelofs Antonio, del vicariato apostolico di Diego Suarez.

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe militare:

28 giugno » Al sig. Gherardini Mario (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 aprile 1951. Al sig. Hall Giuseppe, della diocesi di Augusta.
7 maggio » Al sig. Vilain Gastone, dell'arcidiocesi di Cambrai.
» » » Al sig. Leonard Luciano, dell'arcidiocesi di Parigi.
6 giugno » Al sig. Fournier Giacomo, della diocesi di Le Mans.
22 » » Al sig. Arberet Paolo, dell'arcidiocesi di Marsiglia.
28 » » Al sig. Gavand Michele, dell'arcidiocesi di Lione.
2 luglio » Al sig. Dugas Alberto, dell'arcidiocesi di Avignone.
19 » » Al sig. Boidin Alberto, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Duriez Giorgio, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Florin Emilio, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Lemaire Giacomo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Lepée Marcello, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Lestienne Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Leurent Enrico, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Loviton Raffaele, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Maes Giuseppe, della medesima diocesi.

19 luglio 1951. Al sig. Minne Luigi, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Motte Edoardo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Rigot Carlo, della medesima diocesi.
7 settembre » Al sig. Gosselin Giorgio, della diocesi di Coutances.
9 agosto » Al sig. Bezard Giorgio, dell'arcidiocesi di Parigi.
6 ottobre » Al sig. Koerner Eugenio, della diocesi di Ratisbona.
» » » Al sig. Pickl Roberto, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ritter Leone, della medesima diocesi.
14 febbraio 1952. Al sig. Lupi Luigi, del Patriarcato di Lisbona.
9 aprile » Al sig. Agemian Ariel, dell'arcidiocesi di New York.
5 maggio » Al sig. Grillo Bruno, dell'arcidiocesi di Udine.
9 » » Al sig. Brand Francesco, dell'arcidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Heyblom Gustavo, della medesima arcidiocesi
» » » Al sig. Lauriks Gommaro, della medesima arcidiocesi.
16 » » Al sig. Vera Cruz Marco Abiola, dell'arcidiocesi di Lagos.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29 febbraio 1952. Al sig. Winkelman Antonio M. Lorenzo, della diocesi di Haarlem.

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

5 aprile 1952. Al sig. Valencia Astete Emanuele (Perù).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 maggio 1951. Al sig. Ballon Landa Alberto, dell'arcidioc. di Arequipa.
» » » Al sig. Soto Giuseppe Augusto, della medesima arcidiocesi.
27 » » Al sig. Hellmann Massimiliano, dell'arcidiocesi di S. Sebastiano di Rio de Janeiro.
16 luglio » Al sig. Théard Guglielmo, della diocesi di Les Cayes.
9 agosto » Al sig. Guichot Perere Luigi, dell'arcidiocesi di Parigi.
31 dicembre » Al sig. Sugranyes de Franch Raimondo, della diocesi di Losanna, Ginevra e Friburgo.
7 febbraio 1952. Al sig. Dinacci Filippo, dell'arcidiocesi di Capua.
» » » Al sig. Sabetti Alfredo, della medesima arcidiocesi.
29 » » Al sig. Chiavassa Mario, dell'arcidiocesi di Milano.
5 aprile » Al sig. Larrabure Price Giuseppe (Perù).
» » » Al sig. Pedraza Fuller Aurelio (Perù).
19 » » Al sig. Fiorino Carlo Ugo, della diocesi di Alba.
» » » Al sig. Redi Arturo, della diocesi di Arezzo.
» » » Al sig. Testi Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Benedetti Genolini Filippo, dell'arcidiocesi di Milano.

30 aprile 1952. Al sig. Ciminelli Augusto (Roma).
5 maggio » Al sig. Borelli Giulio, dell'arcidiocesi di Milano.
» » » Al sig. Guffanti Mario, della medesima arcidiocesi.
» » » Al sig. Deganutti Camillo, dell'arcidiocesi di Udine.
» » » Al sig. Maffi Piero, della diocesi di Pavia.
19 » » Al sig. Rognoni Giuseppe, della medesima diocesi.
29 » » Al sig. Spinelli Giovanni Battista (Roma).
1 giugno » Al sig. Spiti Giovanni, dell'arcidiocesi di Milano.
13 » » Al sig. Stocker von Zuben Giuseppe, della diocesi di Basilea e Lugano.
» » » Al sig. Spizzi Luigi, della diocesi di Pavia.
28 » » Al sig. Gherghi Enrico (Roma).
1 luglio » Al sig. Zippitelli Michele, dell'arcidiocesi di Bari.

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

24 aprile 1950. Al sig. de Almeida Giuseppe Evangelista, della diocesi di Santos.
19 gennaio 1951. Al sig. Moll Ernesto, dell'arcidiocesi di Friburgo in Brisgovia.
7 maggio » Al sig. Boucher Paolo, della diocesi di S. Brieuc.
9 agosto » Al sig. Oliva Lorenzo, dell'arcidiocesi di Parigi.
17 marzo 1952. Al sig. Senzadenari Alberto, della diocesi di Sutri.
5 aprile » Al sig. Luccini Giulio, dell'arcidiocesi di Palermo.
» » » Al sig. Lulli Avalos Antonio (Perù).
23 » » Al sig. Susi Gaetano, della diocesi di Valva e Sulmona.
30 » » Al sig. Granieri Magno (Roma).
» » » Al sig. Mazzucato Alessandro, del Patriarcato di Venezia.
4 maggio » Al sig. Tosi Giovanni, della diocesi di Piacenza.
19 » » Al sig. Abbiati Abilio, della diocesi di Pavia.
» » » Al sig. Gatti Giuseppe, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Maggi Aldo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Molinari Ugo, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Ripa Luigi, della medesima diocesi.
1 giugno » Al sig. Casadei Tonino, della diocesi di Bertinoro.
» » » Al sig. Pancisi Andrea, della medesima diocesi.
28 » » Al sig. Agostini Lorenzo (Roma).
» » » Al sig. Aloysi Aldo (Roma).
» » » Al sig. Cremisini Giovanni Battista (Roma).
» » » Al sig. Colelli Giovanni (Roma).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXXIV, n. 12 – 6 Septembris 1952)

ACTA PII PP. XII

Constitutiones Apostolicae

PAG.

I. Paraibensis (Natalensis). *Arduum onus.* – Ex Ecclesiastica Provincia Paraibensi in Brasilia, dismembrata, nova provincia, Natalensis nomine, erigitur. – 16 Februarii 1952 . 601

II. Linensis (Mariliensis). *Ad Episcoporum munus.* – A dioecesi Linensi, in Brasiliana Republica, territorii pars seiungitur, ex qua nova erigitur dioecesis « Mariliensis », metropolitanae ecclesiae S. Pauli in Brasilia suffraganea. – 16 Februarii 1952 604

III. Belemensis de Pará et aliarum (Manaënsis). *Ob illud.* – A Provincia Ecclesiastica Belemensi de Pará seiunguntur episcopalis sedes Amazonensis et Praelaturae *nullius* de Rio Branco, Fluminis Nigri, Iuruensis, Labreana, Portus Veteris, S. Peregrini Laziosi in Superioribus Acre et Purús, Solimões Superioris, Tefensis, atque ex hisce episcopali sede ac Praelaturis nova constituitur Ecclesiastica Provincia Manaënsis appellanda, cuius metropolitana sedes erit sedes Amazonensis, quae Manaënsis posthac nuncupabitur. – 16 Februarii 1952 606

IV. Lagosensis (Ibadanensis). *Apostolica Sedes.* – E parte territorii archidioecesis Lagosensis nova erigitur Praefectura Apostolica Ibadanensis. – 13 Martii 1952 609

V. Liberae Urbis et Boënsis (Makenensi). *Christiani populi.* – Dioecesis Liberae Urbis et Boënsis dismembratur et nova exinde erigitur Praefectura Apostolica « Makenensis ». – 3 Aprilis 1952 610

Litterae Apostolicae

I. *Aptiorem viam.* – Beata Maria V. in caelum assumpta paroeciae et pagi Sancti Bernardi, archidioecesis Bogotensis in Columbia, praecipua Patrona caelestis constituitur. – 4 Octobris 1951 612

II. *Quae praecipua.* – Ecclesia paroecialis Deo in honorem S. Teresiae, Virginis, in alma Urbe consecrata, honoribus ac privilegiis Basilicae Minoris afficitur. – 29 Octobris 1951 . 613

III. *Hispanorum erga.* – Beata Maria V. « de Monte Carmelo » praecipua caelestis Patrona constituitur oppidi et paroeciae vulgo « Purchena » nuncupatae, inter fines Almeriensis dioecesis. – 29 Octobris 1951 615

IV. *Consueverant.* – Sancta Barbara, V., et M., in praecipuam Patronam caelestem eligitur pro italis militibus pyroballistariis, nautis, machinariis et extinguendis incendüs addictis. – 4 Decembris 1951 616

Epistulae

I. *Optimo sane.* – Ad Emum P. D. Theodorum tit. Sancti Chrysogoni S. R. E. Presbyterum Cardinalem Innitzer, Archiepiscopum Vindobonensem, quinquagesimum a suscepto sacerdotio annum fauste celebraturum. – 29 Iunii 1952 618

II. *Dans la tradition.* – Ad egregium virum Carolum Flory, Praesidem coetus Conventibus Catholicorum « Semaines Sociales » in Gallia apparandis. – 7 Iulii 1952 619

III. *We have learned.* – Ad Emum P. D. Bernardum tit. Ss. Andreae et Gregorii ad Clivum Scauri S. R. E. Presbyterum Cardinalem Griffin, Archiepiscopum Westmonasteriensem: ob « Cruciatam Rosarii » a christifidelibus Angliae celebrandam. – 14 Iulii 1952 624

Allocutio

Iis qui participarunt Conventui studiorum de officio catholicorum quoad vitam internationalem, Romae habito. – 23 Iulii 1952 626

Nuntius Radiophonicus

Christifidelibus Columbianae Reipublicae Primum Conventum Nationalem Catholicorum Operum celebrantibus ac simul sui consecrationem Ssmo Cordi Iesu renovantibus. – 20 Iunii 1952 627

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. *Sancti Pauli in Brasilia – Taubatensis.* – Decretum. Commutationis finium. – 3 Maii 1952 630

II. *Roffensis.* – Decretum. Erectionis ecclesiae cathedralis. – 21 Iunii 1952 . 631

(*sequitur pag. IV*).

SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

PAG.

Decretum. - 10 Mali 1952 632

S. CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

I. *Luluaburgen.-De Tshumé.* - Decretum. De mutatione finium Vicariatuum Apostolicorum.-20 Martii 1952 633
II. Provisio ecclesiarum 634
III. Nominationes 635

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Parmen.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione S. D. Annae Mariae Adorni, fundatricis Congregationis Ancillarum ab Immaculata necnon Parmensis Instituti a Bono Pastore. - 11 Ianuarii 1952 . . . 636
II. *Cremonen.* - Decretum introductionis causae pro beatificatione S. D. Francisci Spinelli, Sacerdotis saecularis, fundatoris Instituti Adoratricum Sanctissimi Sacramenti. - 25 Ianuarii 1952 638

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis:

Massilien. - Nullitatis matrimonii (Castel-Chaix - Woll). - 1 Augusti 1952 . . 641

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Udienza solenne 642
II. Segreteria di Stato: *Nomine e Onorificenze* 642

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

CITTÀ DEL VATICANO

APPENDIX MARTYROLOGII ROMANI

Ellogia Sanctorum, quorum canonizatio ab anno 1949 ad annum 1952 peracta fuit.
Editio latina - Lit. 45 ($ 0,10)

APPENDICE AL MARTIROLOGIO ROMANO

Elogi dei Santi canonizzati dal 1949 al 1952.
Edizione italiana - Lit. 45 ($ 0,10)

PROPRIUM OFFICIORUM
PRO CLERO ALMÆ URBIS

eiusque districtus
Pars Hiemalis, Pars Verna, Pars Aestiva, Pars Autumnalis

In charta indica avoriata - Typis clarissimis, rubris et nigris, Lit. 1200 ($ 2)

ANTONII BACCI
VARIA LATINITATIS SCRIPTA
Editio altera in duobus vol. redacta

Vol. I: INSCRIPTIONES, ORATIONES, EPISTULAE (pag. 260)

Vol. II: LEXICON EORUM VOCABULORUM, QUAE DIFFICILIUS LATINE REDDUNTUR (pag. 576)

Vol. I venit Lib. It. 600 ($ 1,20) - Vol. II venit Lib. It. 2000 ($ 4) - Duo vol. veneunt Lib. 2500 ($ 5)